de re petiit praedictus pontifex celsitudini nostrae, ut ipsas res in aelemosina nostra per praeceptum auctoritatis nostrae cedere et confirmare deberemus. Cujus petitionem pro reverentia ipsius sacri loci, vel pro ejus servitio et meritis compellentibus denegare noluimus, sed ita concessisse et in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipientes enim jubemus, ut nullus quilibet vestrum de rebus, ut diximus, quas jam dictus Maginfredus quondam servus noster infra Thoringiam in Pago Helmgawe in villa nuncupante Salzaha, nec non et in Pago Altgawe in villa quae dicitur Corneri, una cum terris, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, silvis, campis, pratis, aquis, aquarumve decursibus, mobile et immobili, iuste et rationabiliter adquesivit, vel ad partem ipsius monasterii delegavit, quamvis noster fuisset servus, nihil exinde abstrahere aut minuere quoque tempore praesumatis, sed per hoc nostrum auctoritatis et confirmationis praeceptum totum et ad integrum ad supra dictum Monasterium Herolovesfeld deinceps nostris futurisque temporibus in aelemosina nostra proficiant in augmentis, quatenus ipsos servos Dei, qui ibidem Deo famulari videntur, melius ac melius delectet pro nobis ac liberis nostris, vel pro stabilitate regni nostri, jugiter Dni misericordia exorari. Et ut haec praeceptio atque confirmatio firmior habeatur, vel per tempora melius conservetur, manu propria subter firmavimus et de anulo nostro sigillari iussimus.

Genesius ad vicem Ercanbaldi recognovi, et (loc. Monogr.)

Dat. XVII. Cal. Octobr. Anno secundo Christo propitio imperii nostri, et XXXIV. Regni nostri in Francia, atque XXIX. in Italia. Indict. X.

Actum *Wofega* sive in loco qui dicitur *Suega*, in Dei nomine feliciter. *Amea.*

XIX.

K. Karl der Gr. willigt in eine der Abtei Hersfeld in den Thüringischen Gauen Helmgau und Altgau gemachte Schenkung.

den 15. Dec. 802.

Band II. Beil. XIV. S. 19.

XX.

K. Ludwigs des Frommen Privilegium für die Abtei Hersfeld.

den 31. März 814.

(ex Orig.)

* **I**n nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi *Hludouicus* divina favente Clementia *Rex* cum petitionibus servorum Dei iustis et rationabilibus divini cultus

* Voran das Christmon, eine lange verticale Linie, oben mit einem runden Knopf oder und von einer andern Linie schlängelförmig durchschlungen.

amore fauimus: superna nos gratia remunerari confidimus. Id circo notum sit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum industriae qualiter uir uenerabilis *bunus* abba ex monasterio quod est constructum super fluium *fuldā* in pago *hassense* quod dicitur *herolsefeld* in honorem sanctorum apostolorum Symonis et Tatheï nostram adiens presentiam optulit nobis piissimi genitoris nostri *Karoli* imperatoris auctoritatem. in qua continebatur qualiter idem clarissimus princeps rogante uiro uenerabili *Lullo* mogontinae ciuitatis archiepiscopo monachis in prefato monasterio deo militantibus tres ecclesias cum quibusdam decimis contulerit qualiterque ipsos cum omnibus rebus eorum sub sua receperit tuicione atque immunitatis defensione. Postulabat ergo memoratus *Bano* ut paternum sequentes exemplum excellentiae nostrae immunitatem erga iam dictum sacrae religionis locum fieri iuberemus. atque genitoris nostri decretum Serenitatis nostrae confirmaremus apicibus. Cuius petitioni libenter aurem accommodantes pro remedio animae nostrae seu pro reuerentia ipsius sancti loci paternum beneficium confirmamus atque sub nostrae immunitatis defensione locum cum omnibus ad ipsum pertinentibus constituimus. Praecipientes ergo iubemus ut nec Episcopus mogontinae ciuitatis in predicto monasterio aliam sibi usurpet potestatem nisi secundum quod in sacris canonibus est constitutum scilicet predicare et ordinare uel ea quae ad suum pertinent ministerium peragere. Similiter neque Archidiaconus eius extra quod sacri canones iubent ullam sibi uendicat potestatem. Insuper etiam neque comes neque aliqua alia iudiciaria potestas in uillis eorum uel in rebus aliquid exactitare presumant neque mansionaticum neque aliud ullum impedimentum predictis monachis facere temptent sed sub nostra tuicione uel defensione securi persistant. Et quicquid de predictis rebus ius fisci nostri exigere poterit. totum pro aeterna remuneratione prefato monasterio concessimus. ut in alimonia pauperum et stipendia monachorum ibidem deo famulantium proficiat in augmentis. Et quando diuina uocatione supradictus abba uel successores eius ab hac luce migrauerint quamdiu ipsi monachi tales inter se inuenire potuerint qui ipsos monachos secundum regulam regere ualeant. per hanc nostram auctoritatem et consensum licentiam habeant eligendi abbates. quatinus ipsos monachos qui ibidem famulantur deo pro nobis pro coninge proleque nostra atque stabilitate tocuis imperii nostri a deo nobis concessi eius misericordiam per inmensam conseruandi iugiter dominum exorare delectet. Haec uero auctoritas ut inconuulsam optineat firmitatem. et a fidelibus nostris uerius credatur et diligentius conseruetur. manu propria subter firmauimus et anuli nostri inpressione signari iussimus.

Signum Domini *HLudouici** Serenissimi Regis. *Durandus* Diaconus ad uicem *Diomari* Archidiaconi recognoui et subscripsi**

(L. S.)

* Hier das gemeine Monogramm dieses Herrn, wie es in Grubers Lehrb. der Diplom. Th. I. in der angehängten T. IV. N. 2. u. Sattlers Abriss der Diplom. T. VIII. N. 6. zu finden ist.

** Ort des glockenförmigen Recognitionzeichens.

Data II. Kalendas Aprilis Anno Christo propicio regni domini *hludouici* gloriosissimi regis, Indictione VIII, actum *Franconofurt* palacio regio in dei nomine feliciter Amen.

Die Uebereinstimmung der Copie mit dem Originale bezeuget
Cassel d. 25. Sept. 1798.

L. Wölkel.

XXI.

Papst Gregorius IV. bestätigt dem Abbt Harderath von Hersfeld die Privilegien seines Klosters.

d. 9. Apr. 829.

Band II. Beil. XVI. S. 23.

XXII.

Nachricht von K. Karls des Großen im J. 780 geschehenen Verschenkung des Zehntens in Thüringen an die Abtei Hersfeld.

845.

Band II. Beil. XVII. S. 24.

XXIII.

Kön. Ludwig der Deutsche bestätigt dem Abbt Brunward von Hersfeld die Privilegien seines Klosters.

d. 31. Oct. 850.

(ex Orig.)

In Nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis *HLudouicus* diuina fauente gratia Rex si petitionibus Sacerdotum ac Seniorum Dei iustis et rationabilibus ad Effectum perducimus et regium morem decenter implemus et hoc nobis ad aeterna remuneratione procul dubio proemia capeffenda profuturum liquido credimus. Id circo nouerit omnium fidelium sanctae Dei ecclesiae nostrorumque praesentium scilicet et futurorum Industria qualiter uir uenerabilis *Brunnuardus* Abba de Monasterio quod est constructum super alueum *sulda* in pago *hassense* quod dicitur *Haerulfffeld* in honore sanctorum Apostolorum Simonis et Tathei obtulit obtutibus nostris emunitatem in qua continebatur qualiter diuae memoriae domnus *Karolus* auus noster nec non patris recordacionis domnus ac genitor noster *HLudouicus* prestantissimi Imperatoris ipsum monasterium sub eorum defensione ac emunitatis tuitione habuissent sed pro integra firmitate ac securitatis studio praedictus *Brunnuardus* abba ac Monachi ibidem deo famulantes deprecati sunt Celitudinem nostram ut sicut a patre prin-

cipibus condonatum atque confirmatum esse dinoscitur nostrum quoque mansuetudinis praecceptum et emunitatis tuitionem circa ipsum sanctum locum cedere et confirmare deberemus quod in uillis et curtis seu ecclesiis rationabiliter pertinentibus uel aspicientibus nullus iudex publicus iniuste aut contra rationis ordinem ad causas audiendas aut freda uel tributa exigenda nec mansiones aut paratas faciendas nec fidei iussores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam et seruos iniuste distringendos ibidem ullo unquam tempore ingredi debent sed ex nostra indulgentia sub emunitatis ordinem ipse Abbas et Monachi uel Seruientibus ipsius ecclesiae quieto tramite uiuere ac resedere deberent Quorum petitionem denegare noluimus sed ilico deuota ac prompta uoluntate sicut decebat tam pro reuerentia ipsius sancti loci quamque pro mercedis nostrae augmento nec non et in elemosina Karoli aui nostri nec non domni et genitoris nostri HLudouici prestantissimis imperatoribus sed in omnibus ita eis concessisse atque confirmasse omnium fidelium Sanctae dei ecclesiae cognoscat magnitudo. Praecipientes ergo iubemus ut neque nos neque iuniores aut Successores nostri in uillis aut curtis seu ecclesiis aut agris uel reliquis possessionibus ad causas audiendas uel freda exigenda aut mansiones uel paratas faciendas nec fidei iussores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam et seruos super terram ipsius conmanentes iniuste distringendos nec ullas redibitiones aut incitas occasiones requirere aut exactare non praesumat, sed per hanc nostram auctoritatem supradictus uir uenerabilis abbas sui que in perpetuum Successores qui fuerint Rectores in ipso monasterio sub emunitatis nomine una cum rebus uel hominibus eorum undecumque ipsa casa dei iuste et rationabiliter uestita esse dinoscitur aut in antea domino adiuuante cum equitatis ordine adquirere potuerint ualeant quieto tramite absque alicuius contrarietate aut impedimento tenere ac possidere quatenus melius illis delectet pro nobis coningere proleque nostra atque stabilitate totius regni nostri a deo nobis conlati domini misericordiam adtentius exorare. Et ut haec auctoritas Concessionis atque confirmationis nostrae per Curricula annorum a Cunctis fidelibus sanctae dei ecclesiae uerius certiusque credatur manu propria nostra subter eam firmauimus et anuli nostri inpressione assignari iussimus.

Signum * domni HLudouici gloriosissimi Regis Comeatus notarius ad uicem Radleici recognoui et **

(L. S.)

Data II. Kal. novembr. anno Christo propitio XI, regni domni HLudouici gloriosissimi Regis in Orientali francia Indictione VII. Actum in Herulesfeldensi Monasterio in die nomine feliciter Amen.

Vid. Bbifel.

* Ort des Monogramms. Es hat die nemliche Form, wie das von seinem Vater. Beil. XX.

** Ort des glockenförmigen Recognitionsszeichens.

XXIV.

Ein gewisser Mandolf vermacht der Abtei Hersfeld einige Güter in Mainz,
in dem Wormsgau u. Oberrheingau.

d. 16. Jun. 847–875. *

Band II. Beil. XV. S. 20.

XXV.

König Ludwigs des jüngern Privilegium für das Kloster Hersfeld.

d. 20. Jan. 881.

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis *HLudouicus* diuina fauente gratia Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet et absentibus. Quia domini annuente clementia res Sancti *UUicberti* de monasterio *Heroluesfeldun* adunatas habemus et ita eas deinceps ad iam dictum Locum sanctum integral permanere uolumus Et nullus successorum nostrorum ipsas res quae iure ac legitime illuc pertinere uidentur aut in beneficia facere aut alio iniuste uertere praesumat sed liceat Abbati ipsius loci res suas quiete tenere et sine diminoratione legaliter possidere sine ullius personae contradicentis obstaculo et inquietudine si quis uero hoc frangere uoluerit coram omnipotentia diuinae Maiestatis in die irae inde rationem reddat. Et pro uoto quod nos deo uouimus qui illud fregerit diuino se damnatum iudicio sentiat. Et ut haec nostra deuotio firmiter habeatur et per futura tempora a dei fidelibus melius credatur et diligentius obseruetur manu propria nostra subter eam firmauimus et Anuli nostri impressione assignari iussimus.

* Hr. N. Böffel hat auch bei dieser, vermuthlich aus einer alten Copie genommenen, Urk. die Güte gehabt, sie mit dem Original zu vergleichen, und mir die abgehenden Lesarten mitzutheilen. Sie verändern nichts in dem Sinn, aber soviel mehr in der Orthographie der Namen. So ist z. B. *Uuicbertus* zu lesen, statt *Wigbertus*, *Theotfrid* statt *Dietfrid*, *Marcrathus* statt *Marquartus*; *Uarmacins* statt *Wormatiense*, *hruohduuin* statt *Rutwin*, *Uuienheim* statt *Weinheim*; *Pago superiori Rininse* statt *Pago superiori Rinilse*; und die in der Urk. verzeichneten fünfzig Leibeigenen werden in dem Original alle mit Namen angeführt, die aber der Copist auslassen zu können glaubte. Ich habe um dieser wenig bedeutenden Veränderungen wegen die sehr weitläufige, ihrem Inhalt nach ohnehin nicht sonderlich erhebliche, Urkunde nicht von neuem wollen abdrucken lassen, und bemerke nur den einzigen wesentlichen Unterschied, daß in der letzten Zeile, bei der zu Bestimmung der Zeit dieses undatirten Diploms angegebenen königlichen Regierung regnante *Ludouico primo serenissimo rege, Imperatore Augusto* in dem Original das *primo* und *Imperatore Augusto* fehlt. Dadurch fällt zugleich das von mir angenommenene, auf jenes Datum gegründete, Jahr 1015 weg. Die Urkunde fällt nunmehr in den Zeitraum von 847–875, worin König Ludwig der Deutsche, und der in der Urk. bemerkte Hersfeldische Abt Brunward zusammen lebten.

Signum HLudouici * Serenissimi Regis Arnolfus Cancellarius recognoui et**

(L. S.)

data XVI. Kalend. febr. Anno dominicae incarnationis D. CCC. LXXXI. indictione XIII. Anno VI^{to}. regni HLudouici Serenissimi Regis Actum Franconfurt feliciter Amen.

Not: Transscripti huius probitatem agnoscit et testatur
L. Voelkel.

XXVI.

Rön. Heinrich bestätigt dem Abbt Thiotat von Hersfeld die Privilegien seiner Vorfahren.

d. 30. März 925.

(ex Orig.)

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia *Rex*. Nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria, quia fautore omnium Christo propitio, regni gubernacula suscepimus, uolumus imprimis Deo donante, omnium aeclesiarum Jura infra regna nostra firmiter stabilire unde uenient uir uenerabilis *Tiothast* abbas de monasterio *Herolouessfeld* nuncupato, quod est constructum in honore sanctorum apostolorum *Simonis* scilicet et *Tatheis*, sanctique uicibesti (*Uicberti*) confessoris, cum Immunitatibus a glorioso sibi *Karolo* Imperatore, suisque Successoribus concessis expetiuit clementiam regni nostri, eandem sibi a nobis sibi que subditis monachis Immunitatem inuoluulse concedi. Quod et conplacuit nobis, simulque omnium fidelium nostrorum consultui, decreuimusque sicuti illi predicti antecessores nostri salubriter concesserunt pro aeterni Regis amore animaeque nostrae remedio in perpetuum per omnia concessum permanere. Et ut haec auctoritas nostra firmior habeatur, et per tempora melius conferuetur, manu nostra subtus eam firmauimus, et anulo nostro insigniri iussimus.

Signum Domni *Heinrici*****. Serenissimi Regis

Simon Notarius ad uicem *Herigere* Archi Cappellani recognoui et****

(L. S.)

data

* Ort des Monogramms. Es stimmt mit dem seines Vaters und Großvaters überein. Veil. XX. u. XXIII.

** Ort des glockenförmigen Recognitionzeichens.

*** Vorher das Christmon; der gewöhnliche Majuskelsbuchstabe C, auf mancherlei Art durchschlungen.

**** Monogramm; einerseits mit dem in Chron. Gottwic. p. 139, nur daß dorten das R oben, u. E. unten steht, hier aber umgekehrt.

***** Ort des glockenförmigen Recognitionzeichens.

data III. Kalend. Aprilis. Anno Incarnationis domini D. MCCCXXV. Indictione XIII.
Anno autem regni piissimi regis Henrici VI. Actum uormacia in Christi nomine feliciter
Amen.

Not: Exemplum hoc autographon tabellarii Cassellani totidem iisdemque verbis
reddere, testor.
Cassel 3. September 1798.

L. Voelkel.
Tabellarii aulici custos.

XXVII.

Kön. Henrich bestätigt dem Abbe Burchard v. Hersfeld die Privilegien
seines Klosters.

den I. Dec. 930.

(ex Orig.)

* In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis *Henricus* diuina fauente clementia rex;
Nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum Industria
quia fauore omnium Christo propitio regni gubernacula suscepimus. inprimis uolumus
deo donante omnium ecclesiarum iura infra regna nostra firmiter stabilire Unde ueniam
uir uenerabilis *burchart* abbas de monasterio *Heroluesfeld* nuncupato quod est constructum
in honore sanctorum Apostolorum Simonis scilicet et Tathe sanctique *Uuiberti* Confes-
soris cum Immunitatibus a gloriosissimo sibi *karolo* imperatore suisque successores
concessis expetiuit clementiam regni nostri eandem sibi a nobis sibi *subditis*** monachis
Immunitatem inconuulse concedi. quod et complacuit nobis simulque omnium fidelium
nostrorum consului. decreuimusque sicuti illi predicti antecessores nostri salubriter con-
cesserunt. pro aeterni regis amore animaeque nostrae remedio in perpetuum per omnia
concessum permanere. Et ut haec auctoritas nostra firmior habebatur Et per tempora me-
lius conseruetur manu nostra subtilis eam firmanimus et anulo nostro insigniri iussimus.

Signum Domni *Henrici**** serenissimi regis.

Folemar Notarius ad uicem *Hiltiberti* Archicappellani recognoui et****

Data Kalend. Decembris anno ab incarnationis DCCCCXXX. indictione III. Anno
autem Regni piissimi Regis H. Actum in *Uual* in Christi nomine feliciter Amen.

Not: Exemplum hoc cum autographo tabularii, quod Cassellis est, consonum esse,
testatur Cassellis III. Id. Septembris 1798.

L. Voelkel.
Tabularii aulici praefectus.

* Voran das Christmon, der Majuskelschabe C, auf mancherlei Art durchschlungen.

** In dem Original steht *subditis*.

*** Monogramm. Das nemliche, wie Beis. XXVI.

**** Ort des glockenförmigen Recognitionzeichens.

XXVIII.

Kön. Heinrich schenkt dem Abbt Durckhard von Hersfeld einige Leibeigne.
d. 9. Jun. 931.

(ex Orig.)

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis *Heinricus* diuina gratia concedente *Rex*: diuinae igitur auctoritatis innumerabilibus prouocamus exemplis, inutile rerum nihilium contemnere negocium, et aeternae felicitatis perpetuas adamare substantias, quas erugo et tinea demoliri nequeunt, nec fures effodere et furari. Idcirco nonerint omnes fideles nostri tam praesto manentes, quam etiam futuro tempore succedentes, qualiter nos rogatu *Heinrici* uenerabilis comitis nostri et *Purchardi* abbatibus praefestique ob aeternae augmentum remunerationis, quaedam mancipia nostrae potestatis, ad monasterium Heroluefeld in proprietatem donamus et haec sunt nomina eorum quae tribuimus. *Alpuuin*, *Rarpold*, *Otolf*, *Adalman*, *Otpurc*, *Liutker*, filius eius, *frumolt* filius eius, *Adaluuast* filius eius, *Uuini-bern* filius eius, *Adaluuir* filia eius, *Albarat* soror eius. Inde igitur hanc nostram auctoritatem conscribi iussimus, per quod firmiter iubemus, quatenus eiusdem monasterii rectores ab hodierna die ac deinceps, de ipsis mancipiis potestatem habeant quicquid libuerit faciendi. Et ut hoc uerius credatur manu propria illud firmauimus anulique nostri impressione sigillari praecepimus.

Signum Domni* *Heinrici* Serenissimi Regis.

(L. S.)

Poppo Notarius ad uicem *Hildiberti* Archi Cappellani recognoui.**

Data V. Idus Juny Anno domini incarnationis DCCCXXXI. Indictione IIII.
Anno Regni *Heinrici* serenissimi Regis XII. Actum in *Salze* In Dei nomine feliciter
Amen.

Diese Abschrift ist mit dem Originale im Fürstl. Hofarchive zu Cassel Wort für Wort gleichlautend.

Cassel d. 12. Sept. 1798.

L. Bölfel.

Rath, geh. Cab. u. Hofarchivar.

* Ort des Monogramms. Es stimmt völlig mit dem in Chron. Gottwic. Tab. ad p. 141. überein.

** Ort des glockenförmigen Recognitionenszeichens.

XXIX.

Kön. Heinrich trift mit dem Abbt Meingoz von Hersfeld einen Tausch in
Ansehung vieler Güter in Thüringen.

d. 1. Jun. 932.

(ex Orig.)

In nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis *Heinricus* diuina disponente clementia Rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum Industria qualiter nos cum *herolueffeldensis* coenobii Abbate cui nomen *Megingoz* quoddam Concambium fecimus Tradidit igitur nobis praefatus Abba cum consensu fratrum et manu *Aduocati sui Theotharii* in pago *Frisouefeld* in comitatu *Sigifridi* quicquid in locis *Osterhusa*, *Asendorf* *Uuntza* *Hornpergi* *Seorebininga* *Sitechenbähque* uocatis eiusdem coenobii potestatis esse uidebatur cum curtilibus ecclesia aliisque aedificiis omnibusque appenditiis et adiacentiis suis donauimus enim e contra ad illud Coenobium in pagis *Alteuue* et *Uuesteue* nominatis in Comitatus *Meginuarchi* et *Sigifridi* loca *Tennistat* *Chirihbaringa* *Uuoluefbaringa* *Paringi* *Bisenuinda* *Hursilagemundi* † *Selchinahof* *Asbah* et *Eckihartesleba* *Asguri* *Saltzaha* *Durnloha* et *Germari* nuncupata cum Curtilibus aecclesiis ceterisque aedificiis mancipiis terris cultis et incultis agris pratis Campis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus molendinis uinis et inuis exitibus et redditibus questibus et inquirendis et omnibus quae dici aut nominari possunt appenditiis Iussimus quoque hoc preceptum inde conscribi per quod uolumus firmiterque iubemus quatenus memoratus *Megingoz* Abba uenerandus sui que Successores liberrimam inde ulterius habeant potestatem tenendi commutandi possidendi. Et ut haec nostrae commutationis auctoritas firma stabilisque permaneat, manu nostra subtus eam firmauimus Anuloque nostro insigniri praecipimus.

Signum Domni *Heinrici** Serenissimi Regis.

(L. S.)

Poppo Notarius ad uicem *Hiltiperti* Archi Cappellani recognoui et **

Data Kal. Jun. Anno incarnationis domini DCCCC. XXXII. Regnante piissimo Rege *Heinrico* Anno XIII. Actum in loco *Reot* dicto. In Dei nomine feliciter Amen.

Vidit. *f. Bökkel*.

† *Talchinaha* steht über dem vorhergehenden Ortsnamen von einer andern Hand beige geschrieben.

* Ort des Monogramms. Es geht nur in der Stellung der Buchstaben von dem vorhergehenden ab.

** Ort des glockenförmigen Recognitionzeichens.

XXX.

K. Otto tauscht von dem Abbt Hagano von Hersfeld die Domaine Wormsleben, im Mansfeldischen, gegen andre Güter im orientalischen und occidentalischen Franzen, und in Thüringen, ein, die er dem Erzbischof Magdeburg schenkt. *

den 27. März 947.

(ex Orig.)

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis *Otto* diuina auxiliante clementia *Rex*. Nouerit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria Qualiter nos quaedam res proprietatis nostrae ad Cenobium quod est in loco *Heroluesfeld* uocato in honore beati *Uuigberhti* Confessoris Christi constructum ubi uenerabilis Abbat *Hagano* uidelicet nomine preesse dinoscitur in legitimum Concambium concessimus id est in *Orientali francia* de predio cuiusdam *Fridrici* quicquid in septentrionali parte fluminis *moynes* (*mornes* vel *moynes*) possedisse uidebatur in locis qui dicuntur *Buohueride Rizestat Caragoltespah Suarzaa Stillaha* in *occidentali uero francia* proprietatem quondam *Eburhasti* Comitis in *Herlibah Bommaresheim Fiurbah Sulibure Buochon* et *Thurnasa* praeterea in partibus *Thuringiae* in uillis quae nominatur *Huoeltricheshus Anglenhus Anglenrod Dorehoug Amalungesdorp Berchlougarod Stuchesuurt* quicquid ibidem quondam a *Brunichone* iure proprio possidebatur cum omnibus appendiciis et adiacentiis suis legitimo iure illuc pertinentibus E contra autem a praefato uenerabili Abbate pari modo in legitimum Concambium recepimus uillam quae uocatur *Uurmereleba* eum ecclesiae ejusdem uillae et omni decimatione quam idem uenerandus Abba et illi subiecti monachi in *pago Hoffegauue* in *Septentrionali plaga riuuli* qui dicitur *Uuildarbah* antea habuisse cognoscebantur excepta illa parte quae a sancti *Uuigberhti* et sepelati Abbatis familia soluitur Statuimus etiam ut coloni terrae quam dedimus nulli ad placitum nisi Abbati subiciatur. Et ut haec nostrae commutationis auctoritas per succedentium temporum curricula firma stabilisque perduret manu propria nostra subtus eam firmuimus et anuli nostri impressione sigillari praecipimus.

Signum Domni *Otonis*** inuictissimi Regis.

* Ich habe diese Urk. schon Band II. Beil. XXII. S. 28. unterm J. 948. abdrucken lassen: weil aber gegenwärtige, aus dem Original genommene, Abschrift in einigen Lesarten davon abweicht, und die Urkunde, ihrer Wichtigkeit wegen, die genaueste Sorgfalt verdient, so habe ichs der Mühe werth geachtet, sie hier zu wiederholen.

** Monogramm; das nemliche, das in Chron. Gottwic. p. 159. 161. u. in Erath Cod. Dipl. Quedlinb. p. 5. abgebildet ist.

Brun Cancellarius ad vicem *Friduriei* Archicappellani recognoui

(L. S.) *

data VI. Kal. aprilis anno dominicæ incarnationis DCCCC XL. VII. regnante Serenissimo rege *Ottone* anno XIII. Actum *magidabure* in domino feliciter Amen.

Not: Fidem huius transumpti testatur

L. Voelkel.

XXXI.

Eine gewisse *Himiza* macht sich und ihre Nachkommen der Abtei
Hersfeld leibeigen

um 950.

(ex Orig.)

Quia necesse est omni in hac mortali uita constituto semper animum illuc intendere quo sperat se sine fine permanere id circo ego *Himiza* licet pauper et modica liberif parentibus procreata In nomine ** Sanctæ Trinitatis et indiuiduæ Unitatis pro salute animæ meæ in propriam ancillam ad altare quod in honore duorum Apostolorum Simonis et Thathæi in loco qui dicitur *Herolueffelt* constat dedicatum memet ipsam contradidi ea scilicet ratione sit cunctis hoc notum ut in omni anno quoad uiuerem III. denarios uel eorum precium ad predictum altare soluerem et si uno uel duobus annis aliquo paupertatis uel infirmitatis impedimento id propositum negligeret in quarto quicquid neglectum fuerit sine contradictione et inculpabilis restituerem *Pepigi* etiam in eadem traditione omnibus posteris meis hanc legem seruitutis ut huius generationis senissimum eundem censam sub eadem conditione tantum persolueret ceteris liberaliter uiuentibus et post mortem nostrum caput optimum de uiro ac de muliere uestimentum optimum iure altaris concederetur. Acta sunt hec Anno dominicæ incarnationis Domini nostri *Jhesu Christi* *** indictione VIII. *Otdone* imperatore regnante *Haganone* Abbate coram istis testibus sic nominatis *Meingoz*, *Gozberber*, *Hertuain*, *Milo*, *Meginhart*, *Friderih*, *Obrat*, *Garaman*, *Heio*, *Walger*, *Adilunc*, *Odo*, *Luodiger*, *Dimo*, *Ybiz*, *Guntheri*, *Dindo*.

(L. S.)

vidit L. Voelkel.

* Ort des glockenförmigen Recognitionszeichens.

** In dem Original steht: *Enomine*.

*** Die Jahrzahl ist, wie Hr. *Völkcl* bemerkt, so geschrieben DCCIII. Da *Abt Haganone* in *Hersfeld*, dessen in der Urk. gedacht wird, zwischen den J. 936-959. regierte, so müßte die Urkunde, wenn die Indiction richtig ist, in das J. 950. fallen.

XXXII.

R. Otto I. schenkt ein Gut zu Gerstatt, in Thüringen, an einen gewissen Hunold, der es wieder an den Abbt Hagano v. Hersfeld gegen benannte, in Ludolphs Grafschaft gelegene, Güter in Hessen vertauscht.*

949 — 957.

(ex Orig.)

Nouerit omnium fidelium tam praesentium quam sequentium industria quod gloriosissimus Rex Otto per interventum Hagauonis venerabilis Abbatis, cum Carta suo sigillo roborata tradidit mihi Hunoldo aliquantulum patrimonii iacent in pago — — — ** in sinibus villae suae Garostat in Comitatu Uuilehelmi quod quondam quidam possederat Rotbertus Concessit insuper mihi in descriptione eiusdem Kartulae vt si adquirerem Consensum predicti Abbatis ac Monachorum Herueldensium quatinus hoc illis darem et in commodo loco pro eo mutuum aliud acciperem pro vtilitate videlicet ambarum partium quod et factum est Nam tradidi illud ad Altare Sancti Vuigberti redditumque est mihi alterum Abbatis ac fratrum astipulatione a Guntherio Aduocato in loco qui dicitur Almundeshusa iacens in sinibus Uuidorfforum atque Balahornorum in Comitatu haffonum quam dominus modo tenet Liudolfus. Hii sunt legitimi Testes qui scilicet viderunt et audierunt Guntheri Warmuut Wolferus Thedirich Gumbraht bruninc Hunholt Manolt Bruninc.

vidit L. Voelkel.

XXXIII.

Befreiung von der Leibeigenschaft, unter Bedingung einer jährl. Abgabe an das Kloster Altmünster zu Mainz.

d. 25. Apr. 963.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Licet parua et exigua sint, quae pro peccatis et debitis meis offero, tamen pius Dominus noster Jesus Christus non quantitatem muneris, sed deuocionem animi perspicit offerentis. Inde ego in Dei nomine Engilrih sana mente, sanoque consilio pro peccatis meis et ob amorem dilecte coniugis mee Azzelun, ut in futuro veniam aliquam promereri mereamur, in elemosinam nostram quandam ancillam iuris mei nomine Luduuuar a iugo seruitutis absolvo, et unam huobam, que est in uilla que dicitur Weristat, ut ipsa aberet *** et posteri eius et soluerent de ipsa huoba V.

* Warum ich das Datum dieser Urk. zwischen das J. 949-957 setze, habe ich in dem Text S. II. Anm. o. angeführt.

** Der Name des Gaaes ist verloschen. Hr. Voelkel vermuthet, daß es Huidi heißen solle.

*** Für haberet.

solidos ad missam sci Martini. Ita ut ipsa ab hodierna die ingenua sit et ingenua permaneat, et nulli heredum meorum uel alie qualibet persone nullum deinceps coacta faciat seruicium. Nisi tantum annis singulis tres denarios reddat ad reliquias sce Mariae et ad illam ecclesiam que est constructa infra *Mogonciam* que uocatur *Uetus Monasterium*, ubi *Uuillihelm* venerabilis Archiepiscopus preesse uidetur, et ad festiuitatem eiusdem Dei genitricis dare non negligat, pergat quocunque uoluerit, defensorem tamen ac mundiburdium a prefate ecclesie rectoribus habeat. Si quis autem contra hanc cartulam ingenuitatis venire temptauerit, aut eam frangere uoluerit, caveat ne iram omnipotentis Dei sancteque Marie incurrat, et tamen quod repetit euindicare non ualeat, sed presens cartula ingenuitatis omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixata.

Acta est autem cartula hec in ipsa ecclesia sancte Marie coram testibus inferius scriptis. Anno Dominice incarnationis DCCCC. LX. III. Indict. autem VI. Regnante domno gloriosissimo Cesare *Ottone* XXVIII. anno VII. Kal. Mai. Die Mercurii. Sig. Hademunt. Sig. Richilo. Sig. Luizo. Sig. Sigibodo. Sig. Guntheri. Sig. Ezzo. Sig. Engilrih. Sig. Heinrih.

Sig. Waltheri † Adelint † Luduuuar.

XXXIV.

K. Otto I. bestätigt dem Abbt Agelulf von Hersfeld die Privilegien seines Stifts.
den 15. Febr. 968.

(ex Orig.)

In Nomine sanctae indiuiduaeque Trinitatis *Otto* diuina ordinante prouidencia *Imperator Augustus* ad hoc nos diuina potencia ad imperialis Culminis prouexit apicem ut omnium maxime locorum diuino cultui mancipatorum fragilibus consulamus quatinus seruorum dei ibidem uigilantium et orantium precatibus statum imperii nostri serie tranquilla dirigatur. Et post huius temporalis uite decessum felicitatis aeternae contubernium nobis non denegetur Quocirca nouerit omnium sanctae dei ecclesiae fidelium nostrorumque praesentium scilicet ac futurorum uniuersital *Agelulfum* uirum sanctitate redimitum et omnino ueneratione dignum Abbatem nostrae dignitatis fastigium humiliter adiiisse suppliciter postulando ut Coenobium in honore sanctorum Apostolorum Simonis et Judae dedicatum in quo requiescit corpus sancti *Uuicberhti* confessoris Christi in loco qui nuncupatur *Herolsefeld* situm iuxta flumen cui nomen est *sulda* in pago *hassiae* cui preesse deo auctore uidebatur, cum omni suarum rerum et possessionum integritate suis uenditiis ubicumque legali ordine debitarum ab omni iure publico et omnium hominum siqui aliquando fuerint eiusdem monasterii iuris qualicumque ratione participes potestate liberum absolutumque nostra imperiali auctoritate redderemus ac uidelicet ratione ut a modo in antea nemo episcoporum infra fines et territoria prefati coenobii aliquam ordinationem facere presumeret vel temerario ausu monachis ibidem pro tempore deo uota soluentibus uiolenciam ingereret aut in

Abbatif electionem eor coacte induceret sed ipsi monachi haberent liberam potestatem eligendi pro suo libitu abbatem si aliquis forte in eodem monasterio ad huiusmodi operis exhibitionem dignus inueniretur ad hoc post hac nullus imperator siue rex, dux marchio, comes uicecomes aut quislibet reipublicae exactor seu quacumque magna remissaque persona prefati coenobii res et familias in magno aut in paruo molestare inquietare aut iudicare temptaret sed omnia que ad idem monasterium pertinere dinoscerentur potestati abbatif qui pro tempore fuerit, subderentur atque eius censura iudicarentur, igitur iam dicti Agelulsi uenerabilif abbatif precibus modum habentibus animo inclinati simulque considerantes eius sanctitatem et suae fidelitatis magnitudinem qua multociens in nostris *senes* desudare cognouimus propensius tamen dei omnipotentis amore et timore compulsi a quo centesimum fructum siquid fecerimus boni eius preueniente gratia sumus recepturi aequum sumus rati eius petitionibus non refragari. Quapropter iussimus illi hoc nostrum preceptum fieri et per eum suis posteris in perpetuum per quod iubemus et omnino sancimus ut omnia quae superius leguntur firma et inconuulsa habeantur, scilicet ut nullus episcopus potestatem infra prenominati monasterii sine et terminos habeat ordinandi aut eligendi sed sicut iam dictum est idem monachi alterna successione habeant licentiam eligendi de suis prout eis uisum fuerit preterea post hac nullus imperator aut rex dux marchio comes uice comes aut aliquis reipublicae minister seu quelibet magna paruaque persona de omnibus quae ad prefatum monasterium pertinent tam rebus quam familiis se intromittere presumat sed omnia iudicio et potestati Abbatif qui pro tempore fuerit referentur atque subdantur omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur huius nostri precepti uiolator extiterit culpabilis soluere cogatur mille libras auri optimi medietatem Kamere nostrae et medietatem supra scripto Agelulfo Abbati eiusque successoribus Quod ut uerius credatur diligentiusque ab omnibus obseruetur manu propria roborantes Anulum nostrum inferius imprimi iussimus.

Signum Domni *Otonis* * Serenissimi Augusti.

(L. S.)

Ambrosius Cancellarius ad uicem *Huberti* episcopi et archicancellarii recognouit et **

Datum XV. Kal. Martij anno dominicae incarnationis DCCCC. LXV. III. anno uero domni *Otonis* Serenissimi Augusti primo indictione XV. actum *Beneuenti* in Dei nomine feliciter Amen.

vidit L. Voelkel.

XXXV.

* Monogramm; nemlich so, wie das in Erath. Cod. Quedlinb. p. 7.

** Notariatszeichen; nur ein großes durchschlungenes ff.

XXXV.

K. Otto II. schenkt dem Kloster Memleben benannte Orte in dem Meißnischen Gau Scitizi, in der Grafschaft Gero's. *

d. 21. Jul. 981.

(ex Orig.)

† **I**n nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Otto diuina fauente Clementia Imperator Augustus. Nouerit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam ex futurorum Cautela qualiter nos interuentu ac petitione dilectae coniectalis nostrae Theophanu coimperatricis Augustae pro remedio Animae tam nostrae quam et eiusdem coniectalis nostrae prenuncupatae nec non et pro salute animae genitoris nostri equiuoci uidelicet et coimperatoris Augusti nostrae proprietatis loca quedam et Castella in partibus Sclauoniae Olsnic, Domuki et Zuetie ** dicta in pago Scitizi nuncupato in comitatu Geronis comitis iuxta occidentalem *** partem aq unis **** sita ad quendam locum Mimeleuo dictum in honore sanctae dei genitricis semperque uirginis Mariae cum monachis sub monastica institutione et regula degentibus a nobis nostraque coniectali Theophanu speciali deuotione et sumptu inceptum et constructum ubi idem iam prefatus genitor noster diem sortitus est ultimum cum Burguardiis et omnibus untenfibilibus illuc rite pertinentibus in proprium tradidimus in mancipiis utriusque sexus aedificiis terris cultis et incultis areis ***** siluis uenationibus aquis aquarumue decursibus molendinis piscationibus pratibus, pascuis campis uinis et inuis exitibus et redditibus questibus et inquirendis et omnibus utilitatibus que adhuc dici aliquo modo aut nominari possunt. Ea uidelicet ratione ut Abbas cum monachis in predicto loco Mimeleuo deo famulantibus liberam inde teneat potestatem tenendi commutandi seu ad eorum necessaria prout eis uisum fuerit constituendi atque disponendi.

Et ut haec traditionis nostrae donatiua per tempora succedentia a nullo unquam

† Vorher das Chridimon; der gewöhnliche Majuskelschreibweise C.

* Es hat diese Urk. schon Mader Antiquit. Brunswic. p. 196. abdrucken lassen, und ich würde sie daher nicht wiederholt haben, wenn sie nicht, die Schreibart ungerechnet, von der gegenwärtigen, aus dem Original genommenen, Abschrift in erheblichen Lesarten abwich. Man vergl. mit ihr die folg. Beil. XXXVII

** Mader liest: Domuki et Swecie. Es ist Dommitsch u. Oelsniz, in den Meißnischen Aemtern Thorgau u. Großenhain, zu verstehen.

*** Mader liest orientalem.

**** Verloschne Worte. Mader liest sie Albis fluminis. Vergl. Beil. XXXVII.

***** Das nach areis folgende Wort ist im Original sehr undeutlich, und sieht sich wie uenarius an, das aber keinen Sinn hat. Mader liest nemoribus, eine andre Abschrift uincis.

dielli uel inquietari possint hoc nostrae maiestatis preceptum inde conscribi manue propria subtili notatum Sigilli insuper nostri impressione iussimus sigillari.

Signum Domni *Otonis* * inuictissimi Imperatoris Augusti

(L. S.)

Hildiboldus ** episcopus et Cancellarius ad uicem *Uuilligisi* Archi Capellani notari

Data XII. Kal. Augusti anno dominicæ incarnationis DCCCC. LXXXI. indictione VIa.

*** anno uero regni secundi *Otonis* XXI. imperii autem XIII. Actum *Uualahuson*.

Exemplar hocce in omnibus uerbis cum autographo consonare testatur

L. Voelkel.

XXXVI.

K. Otto III. bestätigt einen zwischen seiner Grossmutter Adalheid und dem Kloster Memleben getroffenen Gütertausch in Thüringen.

d. 4. Oct. 991.

(ex Orig.)

In nomine sanctæ et indiuiduæ Trinitatis *Otto* diuina fauente *Clementia* Rex: Omnibus fidelibus nostris presentibus scilicet atque futuris Notum esse uolumus quo modo dilectam aniam nostram *adalheidem* uidelicet imperatricem augustam et *Vunnigerum* episcopum *mimilensis* ecclesie abbatem condecuit inter se cum nostra licentia concambium quoddam facere. dedit igitur præfata anima nostra ex parte proprietatis suæ prædicto abbati et eius ecclesie quicquid prædii habuit in uilla *Leboluesdorf* dicta ad integrum in proprium, cum omnibus utensilibus ad illud rite pertinentibus. in mancipiis utriusque sexus. arboribus. aedificiis. terris cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. uenationibus. aquis aquarumue decursibus. piscationibus. uis et inuis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. cunctisque aliis appendiciis quæ dici adhuc possunt. Econtra ex parte ecclesie *memlebenensis* superius iam dictæ nostro licito et consensu accipiens ad usum uitæ suæ omnem decimam quæ ad eum pertinet in uillis *Midilhusen*, *wolfersteti*, *winkele*, *brellidesdorf*, *altsteti*, *uuibodesdorf*, *sobechi*, *ravinsge*, *alvundesleue*, *Kisilhusen*, *Sangirhusen*, *lengfeld* et . . . dictis. Ea uidelicet ratione ut tandem decimam quamdiu uixerit ipsa ad suum usum teneat et statim post obitum uitæ suæ in ecclesie ius absque omnium hominum contradictione iterum redeat perpetualiter sub iure ipsius iam dictæ ecclesie et abbatis qui

* Monogrammi; vöslig übereinstimmend mit dem ap. Chron. Gettwic. p. 193. u. Erata Cod. Quedlinb. p. 19.

** Mader liest Hildebrandus.

*** Mader hat VIII.

tunc tempore vixerit in praedio praescripto tenenda. Et ut haec nostrae commutationis auctoritas et nostrae donationis traditio praesenti ac futuro tempore firmiter consistat. hoc praeeptum inde conscriptum sigilli nostri impressione, signare iussimus, manuque propria ut infra videtur corroboravimus.

Signum Domni *Otonis* * gloriosissimi Regis

(L. S.)

Hildibaldus episcopus et Cancellarius vice *Uuilligisi*, Archiepiscopi recognoui.

Data III nonas Octobris anno dominicae incarnationis D. CCCC. XCI. Indictione V. anno autem tertii *Otonis* regnantis octavo.

Actum *botueldon* feliciter Amen. **

XXXVII.

K. Otto III. vertauscht mit dem Abbt Reinold von Memleben benannte Städte und Dörfer in Meissen. ***

d. 12. Oct. 992.

(ex Orig.)

In nomini Sanctae et indiuiduae Trinitatis *Otto* diuina fauente Clementia Rex: Si pro Dei amore ecclesiarum utilitatibus aliquid de nostra munificentia ac-commodauerimus. ad aeternae beatitudinis praemia capessenda. et praesentis vitae ac regni nostri statum id nobis profuturum liquido credimus. Qua propter omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum pia deuotio dinoscat. Qualiter nos cum fidei nostro *reginaldo mimi-
lenensis* ecclesiae venerabili abbati condecuit Concambium quoddam facere de praediis nostris. Dedit igitur praefatus abbas ex ratione suae abbatiae cum manu aduocati sui *LIVDGERI comitis* in nostrum ius ciuitates duas cum sub-urbanis earum *Olsnik*. et *Domuiz*. nominatas. in pago *Scitizi* nuncupato. in comitatu *geronis* comitis iuxta occidentalem partem *albiae* fluminis sitas ad uertendum et dandum ubi nostra voluntas expetiuit. E contra autem in recompensationem illius praedii nos de parte nostrae proprietatis superius iam dicto abbati *reginaldo* dedimus uiginti uillas et unam in duobus burguardiis. *Bidrizi*. et *mokernik*. uocatis iacentes in pago *morazena* nuncupato ac comitatu *Sigiberti* comitis sitas quarum ista

* Ort des Monogramms; einerlei mit dem ap. Erath l. c. p. 23.

** Zur Ergänzung des schadhaften Originals mussten in dieser Urk. nicht nur einzelne Worte, sondern auch mehrere Zeilen aus einem alten Notariatsinstrument genommen werden, und mit beiden stimmt diese Abschrift genau überein.

L. Wölfel.

*** Vergl. Beil. XXXV. Die Urk. fängt mit dem Chrismon an, dem gewöhnlichen Majuskelbuchstaben C, auf mancherlei Art durchschlungen.

sunt nomina Nezesouua. neuplizi. Solitefo. Budim. Rozmuzi. Neznini. netruzina. Uirbini. Liuzenna. Frabonizi. Tribeni. Senatina. Sipli. Tropeni. Ozimzi. Ziazinauzi. Uuipizili. Zobemeli. Uuissolizi. Grobizi. Curozuzi. atque easdem per manum aduocati nostri Sigiberti cum omnibus utensilibus ad eas rite pertinentibus. in mancipiis utriusque Sexus. areis. aedificiis. terris. cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. aquis. aquarumue decursibus. piscationibus. molendinis. uiii et inuiis. exitibus et redditibus. questis et inquirendis. cunctisque aliis apendiciis quae dici possunt praelibatae ecclesiae mimilevensi sub perpetuo iure illius et abbatii qui modo huic ecclesie praesidet. futurorumque successorum eius ad integrum tenendas donauimus. tradidimus. atque confirmauimus. Ea uidelicet ratione ut deinceps teneant atque possideant ac quod sibi libuerit inde faciant ad utilitatem ecclesiae atque monachorum deo ibi Seruientium. Et ut haec commutatio nostra atque donatio presenti ac futuro tempore inuiolabilis perseueret hoc nostrae dominationis * inde conscriptum sigilli nostri impressione signare iussimus manuque propria ut infra uideatur corroborauius.

Signum Domni Ottonis ** gloriosissimi Regis

Hildibaldus episcopus Cancellarius uice Uuilligisi

Archiepiscopi recognoui

(L. S.)

Data III. Idus octobris anno dominicae incarnationis DCCCCXCII. Indictione VI. anno autem tertii Ottonis regnantis nono actum Boisfeldon feliciter amen.

Die Uebereinstimmung der Abschrift mit dem Originale bezeuget

L. B. I. f. e. l.

XXXVIII.

R. Otto III. schenkt dem Abbt Bernharius von Hersfeld Güter in der Villa Gangesdal, im Kleinichgau.

d. 26. Jul. 993.

(ex Orig.)

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Otto diuina fauente Clementia Rex Omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet atque futuris Notum esse uolumus Qualiter nos ob uotum et interuentum dilectae auiae nostrae Adalheidis uidelicet imperatricis augustae nec non et petitionem fidelis nostri Hildibaldi uuormaciensis ecclesiae uenerabilis episcopi simul etiam in memoriam reducentis deuotum et frequent seruitium fidelis nostri Bernharii heraluoesseldensis ecclesiae honorandi Abbatis ad sanctum Uuigbertum eiusdem ecclesiae patronum de nostrae proprietatis portione dedimus tres mansos regales in Uilla Ganges-

* Das Original ist hier beschädigt. Es hat Praeceptum oder placitum da gestanden.

** Monogramm, dem nächst vorhergehenden gleichförmig, nur daß der Strich zwischen den beiden o etwas kürzer ist.

dal dicta sitos et in pago *Reinichgoune* uocato ac Comitatu *Sigifridi comitis* iacentes atque eosdem mansos regales cum omnibus utensilibus ad eos rite pertinentibus in areis aedificiis terris cultis et incultis Agris pratis campis pascuis siluis aquis uis et inuis exitibus et reditibus quaestis et inquirendis cunctisque aliis appendiciis quae dici possunt a nostro iure in ius ipsius iam dicti Berenharri Abbatis et ecclesiae praefatae cui ipse honorabiliter praesidet perpetualiter ibi habendum transfudimus. Ea uidelicet ratione ut usui ipsius Ecclesiae secundum iussum abbatum ibi praesidentis de hinc succumbant et seruiant. Et ut haec nostra donatio praesenti ac futuro tempore firma consistat hoc praeceptum inde conscriptum Sigilli nostri impressione signare iussimus manuque propria ut infra uideretur corroborauimus.

Signum Domini *Otonis* * gloriosissimi Regis.

(L. S.)

Hildebrandus Episcopus et Cancellarius vice *Uuilligisi* Archiepiscopi recognoui.

Data VII. Kal. Augusti Anno dominice incarnationis DCCCC. XCIII. Indictione VI. Anno autem tertii *Otonis* regnantis decimo. Actum *Darniburg* feliciter Amen.

Not. Apographon praecedens omnia verba autographi reddere hisce testatur

L. Voelkel.

XXXIX.

K. Otto III. verleiht dem Abbt Reinold von Memleben für den Ort Memleben Markt, Zoll, und Münzgerechtigkeit.

den 2. Jan. 994.

(ex Orig.)

** In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis *Otto* diuina fauente clementia Rex nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium et futurorum industria quemadmodum nobis ob dilectionem et interuentum dilectae auiae nostrae *Adalheidis* uidelicet impratricis Augustae fidei nostro *reginolto abbati mimilacensis ecclesiae* et monachis deo et sanctae mariae uirgini ibi seruientibus concessimus. . ut in loco praelibato *Mimeleue* nominato faciant *deinceps* et habeant mercatum et monetam atque teloneum cum banno nostro inde accipiant. Proinde uolumus atque regia potentia firmiter iubemus ut nulla dehinc persona magna sive parua praefato *reginolto abbati aut suis* successoribus uel *monachis in diuina* seruitute semper ibi permanens in predicto mercato. moneta et teloneo aliquam molestiam uel inquietudinem inferre praesumat nisi statim eidem ecclesiae et eius pronitori uel aduocato ad hoc opus de abbate electo et a regali potestate constituto regium bannum sicut regio exactoria

* Monogramm, dem ap. Erat. Cod. Quedlinb. p. 27. gleichförmig.

** Vorher der Majuskelsbuchstab C als Christmon.

inuia perfoluat Et ut hec noſtræ dominationis conſeſſio et donatio per futura temporum curricula inuiolabilis et integra perfeueret hanc preceptionem noſtræ auctoritatis regie inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione ſignare iuſſimus manuque propria vt infra uidetur corroborauimus.

Signum Domni *Ottonis* * glorioſiſſimi Regis

(L. S.)

Hildibaldus episcopus et Cancellarius uice *Uuilligifi* Archiepiscopi recognoui.

data III. non. Ianuarii anno dominice Incarnationis D. CCCXC. III. Indictione VII. Anno autem tertii Ottonis regnantis undecimo Actum *Alstedi* feliciter Amen.

Die Curſiv gedruckten Worte, ſo fern ſie keine Titel und Namen von Perſonen betreffen, ſind in dem ſchadhaften Originale unleſbar. Es iſt aber, wie Hr. Böſchel weiter bemerkt, in dortigem Fürſt. Hofarchiue ein Notariatsinſtrument, worinnen Otto's III. Privilegium wörtlich eingeſchrieben iſt: und daraus ſind die fehlenden Worte ergänzt worden.

Vorſtehende Abſchrift iſt mit dem Originale ganz gleichlautend. Dies bezeuget
L. Böſchel.

XL.

K. Otto III. ſchenkt dem Kloſter Memleben die Stadt Wiehe, in Thüringen, in dem Gau Wuigſezin, mit ihrem Zugehör an benannten Dörfern.
den 30. Nov. 998.

(ex Orig.)

** **I**n Nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis *Otto* dei gratia *Romanorum Imperator-Augustus*. Omnibus noſtris fidelibus presentibus ſcilicet ac futuris notum eſſe uolumus qualiter nos p . . . dio (pro remedio) noſtræ animæ noſtrorumque parentum concaedimus atque donamus ad eccleſiam ſanctæ dei genitricis *Mariæ* ſemper uirginis quæ eſt ſita *Mimelebo*, ciuitatem de noſtro regno quæ (dicitur) . . . hi *** (*Unih*) poſitam in prouincia quæ nominatur *Wuigſezi in turinga* cum omnibus ſuis pertinentiis uidelicet cum uilla ad eandem ciuitatem pertinente quæ uocatur *Haichonthorf* ſiue cum omnibus quæ eidem ciuitati pertinere uidentur in *Alhſeti* aut in *Uuolmerſeti* aut in *Herimanneſthorf* aut in *Alcozeſthorf* aut in *Melre* ſimulque cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus idem curtibus-Capellis-ſeruis et ancellis aldiis et aldiabus Campis uineis pratiſ pascuis ſiluif exitibus et redditibus aquis aquarumque decurſibus molendinis piſcationibus uenationibus ſeu cum locis patellarum in quibus Sal efficitur apud *Franconhus* nec non cum omnibus appendiciis vel pertinentiis quæ

* Monogramm, wie das ap. Erath. l. c. p. 27.

** Vorher der durchſchlungene Majuskelfuchſtabe C. als Chriſtmon.

*** Bei dieſem und den folgenden inclavirten Wörtern iſt das Original durchlöchert.

adhuc dici seu nominari possunt per hanc nostrae concessionis paginam praefato Monasterio Mimizeuensi prout iuste et legaliter possumus ex nostro imperiali iure in ius atque dominium eiusdem Mimizeuensis Monasterii dona . . . (mus atque concedimus) Ea uidelicet ratione ut abbas qui pro tempore fuerit habeat inde potestatem faciendi ad utilitatem Monasterii quicquid eius Animus decreuerit. Praecip . . . (ientesque) iubemus ut nullus Dux, Marchio Comes uice Comes Castaldio sue (seu) aliqua regni nostri magna uel parua persona Abbatem Mimizeuensis Monasterii qui pro tempore fuerit de praedicta ciuitate *Vuihi* uel omnibus eius pertinentiis disuestire molestare aut inquietare audeat. Si quis uero huius nostrae imperialis auctoritatis uiolator extiterit sciat se compositurum auri optimi libras mille medietatem Kamere nostre et medietatem abbati ipsius monasterii qui tunc tempore fuerit. Quod ut uerius credatur diligentius ab omnibus obseruetur hanc paginam . . . (scribi) et bullari iussimus.

Signum Domni *Otonis** inuictissimi Imperatoris Augusti.

Heribertus Cancellarius uicem Petri episcopi cognouit.

* **I**n nomine Sanctae et Individuae Trinitatis *Heinricus* divina favente Clementia Rex: Si deo famulantibus clericis Monachis et aliis Sanctae ecclesiae cultoribus, nostram largiendo misericordiam impendimus, et ecclesiae dei honorem deferimus, easque ampliare et exaltare curamus, certam habemus et spem, et fidem, ex his rebus provenire stabilitatem regno, nobis vero salutem tam in hac vita quam etiam futura. Unde vulgatum ubique in regno nostro et publicum esse volumus quod fecimus ecclesiae *herolfesseldensi* ad honorem quidem dei Sanctorumque apostolorum Simonis et Iudae et sancti Wigberti confessoris qui in eadem ecclesia corpore requiescit. Villam namque unam *Mertineveld* nuncupatam in pago *Germars-Marca* et in comitatu *Ruokeri* comitis sitam pro anima fidelissimi et carissimi nostri militis *Livpoldi* in predictis . . . ** per suggestu . . . nostrorum *Wernerii* . . . Strazburgensis episcopi nec non *Arnoldi* et *Bertoldi* eiusdem *Livpoldi* . . . militum memor . . . *Ruothardus* eiusdem loci Abbas nobis devote et benigne frequenter impendit, precipue autem fidei et fidelitatis quam omni tempore stabilem in eo experti sumus erga nos prenominationis sanctis in proprium tradidimus. Ea quippe ratione ut in singulis praefati *Livpoldi* anniversariis, fratribus inibi servientibus digne et honorifice inde serviat et prebenda illorum in quantum possit adaugeatur. Dedimus autem ut mos est regum vel imperatorum dare, cum omnibus appenditiis, id est mancipiis utriusque sexus, arvis, aedificiis, exitibus et redditibus, terris, cultis et incultis, vineis et vineis, pratis, piscibus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, districtis, forestis, silvis, venationibus, et cum omni utilitate quae ulla ratione inde potest provenire vel excogitari. Quod

* Voran das verzierte große C, als Christmen.

** In dieser und den folgenden Lücken ist das Original schadhast.

factum ut etiam posteris in notitiam veniret litteris mandari iussimus, etque manu propria roboratas sigilli nostri impressione firmari et subfirmari.

Signum Domini Heinrici * Regis invictissimi

(L. S.)

Adalbero Cancellarius uice Sigefridi Archicancellarii recognoui

Data III. Kalendas Augusti Anno dominicae incarnationis Millesimo LXXI. Indictione VIII. Anno autem Ordinationis domni quarti Heinrici regis XVIII. Regni uero XV. Actum herolfesselde feliciter Amen.

Das diese Copie mit der Urschrift des Fürst. Hofarchivs völlig übereinstimme, bezeuge ich
2. Bistfel.

LXI.

Erzb. Siffrid v. Mainz stiftet das Hersfeldische Kloster Owa oder Aue,
nachher Blankenheim. **

1090.

Honorabili domino W. plebano in *Vilsberg*. humilis conuentus ancillarum Christi in *Owa*. orationum suarum promptum munus magnam de discretionis et litterature nobis collato sapientia habentes fiduciam totam negotii nobis incumbentis summam gratiae vestre committimus sperantes prudentiam nobis a deo collatam nobis et omnibus afflictis incunctanter profuturam. Quia igitur mundus in maligno positus nulli vel ordini parcit vel religioni originale scriptum privilegii quod de bonis unde a quodam nunc ciue nostro *Sifrido* nomine impetitur habemus. ad vos transmittere timuimus formidantes ne per incursum raptorum vel per incuriam deferentium privilegium perderetur Nosque deinceps et bonis et iure nostro cum sciremur inermes priuaremur Rescriptum ergo priuilegii uestre prudentie direximus propter deum nostramque uobis promptissimam deuotionem uos subnixae rogantes quatinus intuitu parisi misericordiarum uerbum nostrum in auribus uillici et civium uestrorum promoueat et ipsum privilegium eis ad intellectum usque deducatis eosque a lesione nostra reuocetis.

In nomine Sancte et Individue trinitatis

Sigfridus herffeldensis ecclesie Abbas Notam esse uolumus tam futuris quam presentibus uniuersis Christi fidelibus qualiter nos pauperibus christi in *Owa*. diuinae mercedis intuitu stabilem et ydoneam sedem fundauimus qui ante crebra locorum mutatione monastice

* Monogramm; wie das nächst vorhergehende.

** Von dem Nonnenkloster *Owa* oder *Aue*, und seiner nachherigen Verlegung nach *Blankenheim* vergl. Beil. XCI. CIX. CXI.

habitationi commodam oportunitatem indagantes uagabundi circumferebant. Itaque locum ipsum ubi perpetim diuinas acturi sunt excubias liberum et ab omni aduocacie iure extraneum a *Gumberto* ministeriale ecclesie nostrae acquisimus cum omnibus pertinentiis suis *Agris* filuis paschuis aquis aquarumque decursibus traditis sibi in concambio bonis illis que habuimus in *Eppinberg* et uno manso in *Salzberg* unoque in *Wendlinrot* Optulimus eciam beate Marie sanctoque *Johanni* qui principaliter illi president domui assensu fratrum nostrorum villam *Bennowe* totaliter cum omni iure que singulariter usibus nostris deseruiebat in qua nullus hominum vel modicum sibi iuris vindicare poterat quam villam liberam et ab omni impetitione solutam dictis patronis contulimus cupientes et omnimodis affectantes. ut hec domus quam ut speramus supra firmam petram *Christum* uidelicet cura propensiori fundauimus prenotate tradicionis securitatem tranquilla pace optineat in presentis pagine testimonio nostroque Sigillo confirmamus. Testes huius rei sunt *Ecgehartus* Decanus *Tuto* maior prepositus *Witelo* Camerarius *Gozoldus* sancti *Petri* prepositus *Brun* Camerarius fratrum *Ludewicus de Frankenstein* *Ludewicus* burgrauus *Rentwicus de Hoinberg* *Volperus de Lengiffelt* *Warmundus de Grubinbeche*. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini Mo. LXXXX^o. Indictione XI. Regnante gloriosissimo Romanorum imperatore *Augusto Heinricho*.

Not: vidit L. Voelkel.

(L. S.)
pens:

LXII.

Mathild, Graf *Meginfrids* von *Felsberg* Wittwe, schenkt der Abtei *Hersfeld* einen Leibeigenen sammt den Dörfern *Mühlbach* und *Saafen*, in dem *Hess. N. Neuenstein*.

1100.

Regnante gloriosissimo imperatore *Heinrico* tempore *Friderici Herueldensis* Abbatis et *Gisonis Aduocati* quaedam matrona *Mathilt* nomine relicta uida *Meginfridi* comitis *de Filisberg* tradidit ad Altare Sancti *Wigberhti* in *Heruelia* hominem *Radolfum* nomine pro remedio anime uiri sui iam dicti *Meginfridi* Comitil ea conditione ut singulis annis unum Siclum infra pascalem ebdomadam persoluat ad ipsam altare Quo facto sui iuris erit et potestatem habebit commorandi uel commigrandi ubicunque sibi placuerit quam rem idcirco litteris mandare curauimus. ne quis eum uolenter sibi uindicare uel ad aliud aliquod seruitium impellere praesumat. propterea quod locum ipsam in quo idem *Radolfus* habitat uidelicet *milmilbach* cum alio cui nomen est *Sahson* eadem matrona similiter *Herueldensi* ecclesie contulerit sed alio iure. supradicto homine excepto Ut ergo in perpetuum omniflis et controuersia inde sopiatur eciam Testes qui presentes fuerunt subter annotauimus: *Frideri-*

us abbas cum omni simul congregatione *Berholt frater ejusdem matronae Heinricus* subadvocatus *Erwin Comel Hunbraht Irminolt* presbiteri *Hartman Hildibrat Folcbraht*, *Gumbraht Virinolt Irminger Waltheri Adalbero*, *Unan Rugger, Giso, Adalbraht et alii multi.* Facta est autem haec traditio Anno ab incarnatione dominica. M^o. C^o. Indictione VIII.

Vidit L. Voelkel. (L. S.)

LXIII.

Probst *Embricho* zu Mainz schenkt dem dortigen Kloster *Altenmünster* einige *Hufen* in *Marxheim*, als *Seelgeräth*.

1106.

(ex Orig.)

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris. qualiter ego *Embricho prepositus sancti Martini*, prospiciens anime mee et parentum meorum et amicorum, tradidi sancte Marie in *Altenmünstre* per manum liberi hominis *heinrici III.* mansos et dimidium in uilla que dicitur *maegreshaim*, soluentes annuatim in festiuitate sci *Remigii* libram I. denariorum, quam uolo sorores in caritate accipiant hoc modo distributam. V. solidos in anniuersario patris mei *Godeboldi*, habita eadem die memoria *hildegarde* sanctimonialis. Item V. solidos in anniuersario matris mee *Kunize*, habita eadem die memoria *Wilege*. Item V. solidos in anniuersario fratris mei *Arnoldi*, habita memoria *Lindgarde* sanctimon. Similiter v. solidos in anniuersario meo, habita memoria *Kunize* neptis mee. Dedi preterea eidem ecclesie in predicta uilla dimidiam uineam trium iugerum soluentem annuatim II. solidos in festiuitate sancti *Remigii* ad comparanda inde dominabus manutergia. pro quibus acceptis annuatim celebrari faciant memoriam *Embrichonis* archipresbitri. Volumus etiam predictam uineam, ut *Dierolth*, quamdiu uiuet habet. et parentela sua hereditario jure pro supradicto annuo reditu. Sanximus preterea ut shabentes predicta bona si neglexerint in festiuitate sancti *Remigii* predictum censum persoluere. finitis proximis. XIII. diebus negligenciam recompensent. V. solidis. et deinde iterum finitis. XIII. diebus dilationem recompensent similiter. V. solidis. et tercio si preterierint, XIII. dies. eorundem predictorum bonorum alienacionem a se uelint nolint patiantur. nisi sicut extranei dampno suo reinuestiantur. Donauit etiam eidem ecclesie III. mancipia quorum nomina hec sunt. *Dierolth. Borcharth. Hildegunt.* *Dierolth* uero optineat jus ejusdem ecclesie seruientium. ceteri duo de capite suo soluant singuli duos denarios super altare sce *Marie* in assumptione ejusdem. Et ut ista traditio rata et incenuusa omni evo permaneat, *Ruothardus* mogontiensis Ecclesie nenerabilis antistes in cuius etiam presencia hec acta sunt hanc cartam inde conscriptam sigilli sui impressione insigniri precepit.

(L. S.) *

* Impressum grande Sigill. illaesum, exhibens AEpum, in cathedra sedentem, dextera pedum, sinistra librum apertum, cum inscr. *pax vobis* tenentem, operto capite, cum Epigraphe in circumfer. *Ruodhardus di gra mogontiensis archieps.*

Acta sunt hec Anno dominice incarnat. mill. C. VI. indiet. XIII. Regnante Heinrico. Vto. hujus nominis. Testes autem sunt tam clerici, quam laici. *Anshelmus* prepositus. *Godescalc.* prepositus et *Richardus* frater ejus. *Wigo* prepositus. *Ortho* prepositus. *Cono.* *Gerhard* urbis prefectus. *Gerhardus* comes. et frater eius *Heriman.* *Heriman* de cella, *Embricho* et filius ejus *Embricho.* *Giselbreth* uicid. *Wolueric.* *Steuen.* *Embricho.* *Ruothart.* *Eberhard.*

LXIV.

R. Heinrich V. spricht der Abtei Hersfeld die drei Capellen in Alstett, Osterhusen und Rietstätt, sammt dem Zehentrecht im Thüringischen Friesenfeld und Hassegau zu.

(1107 - 1109.)

(ex Orig.)

* **I**n nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis *Heinricus* diuina fauente *Clementia* Rex, *Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum.* Sciens nobis prodesse tam ad statum regni nostri quam ad salutem Anime nostre quicquid ob amorem domini pro uenerabilibus locis pie gerimus regia benignitate notum facimus presentium atque futurorum prouidentiae, quod religiosum circa *herossfeldensem* ecclesiam studium parentum nostrorum in aliquo minuere nolumus, sed que pro ipsius aeccliesae utilitatibus statuerunt scriptisque suis atque sigillis firmauerunt nos quoque iure hereditario confirmare uolumus. Unde etiam hoc omnibus notum sit, qualiter *Reginhartus* uenerabilis abbas *herossfeldensis* nos adiit ac secum precepta domini *Otonis* primi imperatoris Augusti detulit informata secundum edicta *Karoli* imperatoris Augusti cuius auctoritate et adiutorio primum constructus est locus *herossfeldensis* monasterii ad quod ille donauerat tres capellas, unam in *Alstedi* secundam in *Osterhusen* terciam in *Rietstedi* cum omnibus quae ad eas pertinent in *frisonfelde* et *hassega* decimationibus ** quibus idem abbas conquestus est nobis quod eas *Reginhartus halberstadenensis episcopus* abstulisset. inde post annos trecentos illius regiae donationis. qual nos eodem iniustae ablationis anno nostra quoque regia auctoritate restituimus *herossfeldensi* aeccliesae et ex iudicio tam episcoporum quam principum nostrorum qui nobiscum omnes consenserunt in id ipsam scilicet *Ruthardus* Mogontinus Archiepiscopus *Adaloz* *magadaburgensis* archiepiscopus *Cunratus* *salzburgensis* archiepiscopus. *Otto* *babenbergensis* episcopus *Eberhartus einstatensis* episcopus *Udo* *hildinshemensis* episcopus, *Burcharius* *monasterii* episcopus, *Albinus* *mersburgensis* episcopus *Walraban* *niuburgensis* episcopus, *Herwigus* *missinensis* episcopus, *Adalberhtus* noster regius Cancellarius cum quibus plurimi aderant presbiteri atque diaconi confirmantes suo quoque consensu iustam esse Sententiam ipsius iudicii sicut

et

* Voran der Majuskelbuchstabe C. als Chrismon.

** Das Pergament ist hier schadhaft; vermuthlich stand da.

et Liutleri dux Saxoniae Diebolt marchio baioariae Sigifridus quoque et fridericus palatini comites; Otto comes, Beringerus comes Wigbertus comes Sizo comes Ludowigus comes Giso comes aduocatus heroffeldensis. Gozmar comes Hug signifer heroffeldensis militiae, Erwin comes atque alii quam plurimi cum multitudine hominum tam nobilium quam feruentium Cetera quaecunque parentes nostri reges atque imperatores circa res et utilitates heroffeldensis ecclesiae statuerunt atque firmauerunt. Nos pariter confirmamus et ut eadem apud posteros quoque rata et inconuulsa in perpetuum permaneant commendamus eunctis in regnum nostris Successoribus, omnibusque simul Christi fidelibus.

Signum Domni Henrici regis * quinti inuictissimi

(L. S.)

Adalbertus Cancellarius uice Ruthardi Moguncini Archiepiscopi et Archicancellarii recognouit.

Die Uebereinstimmung mit dem Originale bezeuget

Cassel d. 2. Oct. 1798.

E. Böfel.

LXV.

R. Henrich bestätigt der Abtei Hersfeld die Privilegien seiner Vorfahren, namentlich die drei Kirchen in Altstett, Osterhausen und Rierstett.

den 11. Jan. 1112.

(ex Orig.)

** In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Henricus dei gratia quartus Romanorum Imperator Augustus. Sicut priorum temporum reges Christiani atque imperatores fecerunt ut suis quidem scriptis et edictis denunciarent posteris qualiter ob amorem dei locis uenerabilibus proderant nos quoque notum facimus tam futuris quam presentibus Christi nostrique fidelibus quomodo uenerabilis uir Reginhardus abbas Heroffeldensis maiestatem nostram adiit ac secum in conscriptis inde priuilegiis attulit qualiter per successorem Sancti Martyris Bonifacii beatum Lullum moguntine ecclesie archiepiscopum Heroffeldensis Locum successit ibi arbutis primum institutus sit quomodo partim studio Karoli quoque imperatoris partim liberalitate principum totius Regni qui pio archiepiscopi desiderio summa Ope pariter annitebantur in breui opibus agris ac familiis auctus sit, qualiter etiam ipsum locum cum omnibus que iuris eius essent beatus Lullus in tutela supra dicti imperatoris tradiderit et hanc traditionem ac patrocinandi ius cunctis deinceps in regnum succedentibus ratum

* Henrichs V. Königl. Monogramm, völlig wie in Baring's Clav. Dipl. p. 272. das dritte Monogr.

** Voran das Christmon, wie vorher.

manere statuerit quomodo ipse archiepiscopus in locum cui nomen est *Caristacus* synodum indixerit ubi imperator cum principibus galliae ad cognitionem rerum ecclesiasticarum assedit ubi ipse post cetera quorum causa haec iudicio fuerat celebrata ad petitionem archiepiscopi cunctis principibus in id ipsam fauentibus legem tulit ratamque fore in perpetuum iussit ne quis deinceps privato nomine nec publice dignitatis optentu vim aliquam loco illi faceret non Rex non episcopus non aliqua eminent in Regno persona ibi quicquam iuris sibi usurparet eligendi Abbates penes monachos esse, suggererent tantum super eius ordinatione regi vel imperatori quemcumque illis diebus contigisset praesse reipublicae. Additum est etiam in ipsi privilegiorum testamentis quomodo idem imperator sanctis dei apostolis *Symoni* et *Judas* quibus attributa est herosfeldensis ecclesia sanctoque *Wigberto* qui corporaliter ibidem requiescit inter caeteras donationes tradiderit tres ecclesias dominicales unam in *Altstedi* alteram in *Ostervuson* tertiam in *Rietstedi* cum omnibus que ad eas pertinent in *frisonofelde* et *Hassega* decimationibus. Haec ergo quae per manifesta conscriptionum atque sigillorum indicia ad nos usque uenerunt sicut antecessores nostri *Karolus Ludewicus* et alii Reges et imperatores *Atanul*, *Auul* atque pater noster suis privilegiis probauerunt et confirmauerunt nos quoque laudauimus confirmauimus roborauimus atque stabilimus. Hi sunt testes qui uiderunt et audierunt: *Bruno Treuerensis* Archiepiscopus *Adilgoz Magdeburgensis* Archiepiscopus *Cunradus Saksburgensis* Archiepiscopus *Burhardus Monasteriensis* episcopus *Reginhardus Halberstatis* episcopus *Albewinnus Merseburgensis* episcopus *Marchio Deide* *Marchio Herman Comes* *Godefrid Comes Ludewic Comes Sizzo* et alii quamplures. Ut autem firmum et inconvulsam omni euo permaneat hanc cartam inde conscriptam nostri impressione Sigilli ut inferius apparet propriaque manu roboratam iussimus insigniri.

Signum Domini Heurici quarti Romanorum Imperatoris * Augusti **.

(L. S.)

Adilbertus Archiepiscopus et Archicancellarius recognouit.

Data III. idus Ianuarii Anno dominicae incarnationis Millesimo C. XII. Regnante *Heinrico quinto* Rege romanorum Anno sexto Ordinationis eius anno XIII. Imperii vero eius I. Actum est *Merseburg* in nomine domini Amen.

Not: Apographi huius consensum cum documento tabularii Cassellani affirmat
L. Voelkel.

* *Henrichs V.* Kaiserliches Monogramm; völlig wie in *Baring's Clav. Dipl.* p. 273. N. 1. nur mit der gleichgültigen Veränderung, daß hier das Q oben, und das S unten steht, bei *Baring* aber umgekehrt.

** Hier folgt, unmittelbar über dem Siegel, ein Zeichen von eben der Art, wie das bei *Heit. LV*, nur mit dem Unterschied, daß dorten die Buchstaben C und R. mit einander verbunden, hier aber zwei große R an der Rückseite zusammengesetzt sind, und diesen keine Kreuzchen nachstehn.

LXVI.

Abbt Henrich von Hersfeld beurkundet, daß einer seiner Dienstmänner, Dietrich, die Kirche zu Amenrodt, nahe bei Lauterbach, erbaut, und mit Gütern begiftet.

1131 - 1152.

(ex Orig.)

Henicus dei gratia heressfeldensis ecclesie Abbas. uniuersis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus Salutem imperpetuum omnium fidelium significamus industrie qualiter Dietricus nostre ministerialis ecclesie de Almunderot Archiepiscopi Mogontini iunioris Adelbrahti et archipresbiteri Henrici de Loybbach et parrochiani sui folbrahti consensu per nostramque licentiam in Almunderot construxit ecclesiam, tam quia ipse remotus erat a parrochia ad audienda diuina ministeria tum ut plures sibi constrahere posset cohabitatores in deserti illius uicinia. contulit autem mansum unum in Dirlamen * positum parrochie pro omni debito sue ecclesie et V. uillarum sibi pertinentium Almunderot. Woffenrot. Willihelmerot Breinten. dirlamen. Pro inde corroborauimus tam nos quam Archiepiscopus Archiepresbiter et parrochianus et totius capituli conuentus ubi hec recitari fecimus ut si parrochianus pro deo et paupertate huius ecclesie ibi preesse et ibi sicut debet laborare uelit potestatem habeat ita tamen ut homines in diuino seruicio non negligat. si autem predictus Didericus uel sui heredes alium quemcunque uelint sibi eligant. Ad hec neque presbiter sue ipse Didericus neque aliquis de supradictis nullus alicui persone preter Synodum aliquis respondere habeat eo quod parrochia perenni iure mansum quem diximus pro omni respectu sue iusticie stabili traditione possideat. Conscribi autem et corroborari fecimus hanc paginam nostri Sigilli impressione et attestatione quatinus hoc testamentum tam ipsi Diderico quam uniuersis heredibus suis a progenie in progenies foret inconuulsus et stabile atque in perpetuo inrefragabile. Testes huius rei sunt Wileratus maior prepositus Cuno prepositus Williboldus camerarius Sibodo presbiter heressfeldensis Wileratus de dissehart hwinicus de Breidingen, Arnoldus de Svipburgehufun Laici Hezechinus millicus Eggehartus urbis prefectus Ludegerus de dorndorf et filii sui Gernot et Ludegerus. Didericus de frilingun. Didericus de Geisaha Arnoldus de Breidingun et filius eius Arnoldus. Gunterus heressfeldensis Berthous de Vlaha cum aliis multis. Si quis hec infringere temptauerit Anathema sit.

(L. S.)

Die Uebereinstimmung mit dem Originale bezeuget
Cassel d. 2. Oct. 1798.

L. Böffel.

* Dirlamen und Amenrodt, Dörfer in dem Freiherrl. v. Niedeselschen Gericht Engelrod. Unter Woffenrot mag das Dorf Wallendorf, in der Cent Lauterbach gemeint seyn.

LXVII.

Henrich, Abbt zu Hersfeld, bezeuget, daß die Königin Gertrud (K. Conrads II. Gemahlin) ihre Ohrgehänge, und ihren Halschmuck, der Hersfelder Kirche vermacht habe.

1146.

(ex Orig.)

In nomine sanctae et individuae trinitatis. *Henricus Hersfeldensis ecclesiae Abbas.*
 Universis christianae fidei cultoribus tam presentibus quam futuris. Quotiens fideles Christi sanctis patronis nostris Symoni et Judae et beatis confessoribus Wigberhto atque Lullo rerum suarum oblationes offerunt, vel eminentes personae aliqua de oblati mutuo accipiunt, curamus diligenter litteris assignare eventum rei, ut ex his quae facta sunt caute in futurum provideamus, et quo ordine facta sunt, fidelium posteritati certam memoriam veraciter relinquamus. Praesens autem sic se habet negocium quo audito et cognito, quisque fidelis fidele perhibeat testimonium. *Gerdrudis regina* piae memoriae apud nos infirmata, vocatione dei diem clausit ultimum, et in aures suas et aureum pectorale ecclesiae nostrae reliquit, ob suae salutis remedium, quae *Boppo comes* pro quinquaginta marcis accepit, et pro acceptis, *Dankenrot* ecclesiae deposuit, et depositum collecta manu uxoris suae *Berhdae*, et filiorum suorum *Heinrici et Herimanni*, et filiae suae *Luicgardis*, predictorum reliquiis sanctorum tradidit, ea lege, ut si in decursu ipsius anni L. marcis non redimeret, in proprietatem ecclesiae nostrae cum omnibus usibus suis in perpetuum concederet, ita ut nec ipse nec quisquam haeredum suorum ullius iuris exactionem inde de caetero haberet. Testes huius traditionis sunt *Gerlahus* decanus, *Wideratus* maior prepositus, *Williboldus* camerarius, *Cuno* prepositus beati Iohannis, *Eggehartus* custos ecclesiae, et totus fratrum conventus, *Ministeriales* ecclesiae *Hezechinus* villicus, *Eggehartus* praefectus, *Herdegenus*, *Gemot de elmbach*, *Duto de Cruthusun*, *Diderich de Geisaha*, *Diderich de Frilingen*, *Sibodo* villicus fratrum et filius eius *Albinus*, *Gerlahus de Asbach*, *Erminoldus de Crispenhusun*, *Rabnoldus de Leimbach*, et filius eius *Ortliebus*, *Berthous de macgencello*, *Herdegen de Sulzaha*, *Heriman de Richenbach*, *Iuncman de breidenbach*, cum aliis multis. Facta sunt hec anno dominicae incarnationis MCXLVI, indictione VIII, Regnante gloriosissimo rege *Cunrato*. Si quis hec infringere presumpserit, iram dei omnipotentis et omnium sanctorum incurrat, et cum Juda traditore domini sententiam aeternae dampnationis accipiat.

(L. S.)

Dem Originale völlig gleich.

E. Böffel.

LXVIII.

Papst Eugenius bestätigt die in dem Zehntenstreit zwischen der Abtei Hersfeld und dem Bisthum Halberstadt von benannten Bischöfen gefällte Sentenz.

d. 29. März 1145.

(ex Orig.)

Eugenius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Henrico abbati hersfeldensis monasterii eiusque fratribus Salutem et apostolicam benedictionem. Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatinus et deuotionis Sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter dilecte in domino filii Henrice abbas tuis iustis petitionibus clementer annuimus et Sententiam super controuersias decimarumque sinter te et fratrem nostrum Ottonem alberstatischen episcopum agebatur a venerabili fratre nostro Adelberto maguntino Archiepiscopo tunc apostolice sedis legato consilio et deliberatione venerabilium fratrum nostrorum Gerardi Sancte Crucis presbiteri cardinalis, Norberti madeburgensis Archiepiscopi Anselmi Auelbrenensis Ottonis babenbergensis Gebhardi estatenfis buconis Wormatiensis, Sifridi Spirensis, Mejnhardi pragensis episcoporum et aliorum tam Abbatum quam Archidiaconorum et multorum religiosorum uirorum rationabiliter datam. Auctoritate Sedis apostolice confirmamus et ratam manere censemus. Si quis autem huius nostre confirmacionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius incurrat Datum Remis IIII. Kalend. Aprilis.

(L. S.)
pens.
Eugenius
p. p. III.

Not: Apographon hocce ex membrana tabularii Cassellani omni cura et fide esse descriptum, testor

L. Voelkel.

LXIX.

Abbt Henrich v. Hersfeld entscheidet den Streit über eine dem Kloster Hasungen geschenkte Hufe Landes zu Wichdorf.

1146.

(ex Orig.)

In nomine Sancte et indidue Trinitatis. Ego Henricus dei gratia Hersfeldensis aecclesiae Abbas. Notum facio cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus preci-

puseque meis in regimine hereffeldensis abbatiæ successibus qualiter *ministeriales nostri de Heroldeshusun* uidelicet Mehtilt uida et filii eius Berhtolt et Simmut et Irmendrut querimoniam apud nos deposuerunt quod Sigebraht predictæ Mehtildis auunculus mansum unum in *Wighardesdorf* hereditario iure ad ipsos pertinentem, tam ipsis quam nostræ ecclesiæ uiolenter abalienauerit. et *hasungensi* ecclesiæ iniuste tradiderit. Haec querimonia a uenerabili fratre nostro *Warnhero Hasungensi* in presentiarum abbate in *Vinmare* ulla coram legatis nostris tum pro iustitia tum pro nostro rogatu, hoc consilio determinata et perpetualiter pacificata est. ut idem Abbas predictis ministerialibus nostris in iam dicti mansi redemptionem et perpetuam pacificationem XXXV. solidos probatæ monetæ persolueret. Haec igitur redemptio et pacificatio ut rata et per tempora succedentia inconuulsa permaneat, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione muniri et *hasungensi* ecclesiæ donari iussimus. Huius redemptionis et pacificationis testes sunt hi *Warnherus abbas* *Ridant* presbiter immonachus *Luithers* presbiter de *Alehen*. *Vdelrich* presbiter de *Ditmelle* Legati nostri *Rudolfus* presbiter et monachus et frater eius *Theodericus* presbiter *Wigbodo* et *Cunrat* presbiteri *Cuno* de *Velmari*. De liberis *Eppo* de *Duringeberg* *Eberhart* de *Hekkereshusun* *Godofrit* de *Duringeshusun* *Alberi* de *Wimare* *Ruthart* de *Waldolfeshun* et frater eius *Brunwart* *Rudewart* de *Welehethen*. de ministerialibus *Geveno* de *Couphungen* *Ditmar* de *Gunthereshusun*. Si quis igitur hanc redemptionem et pacificationem infringere aut quouis modo cassare temptauerit. iram dei omnipotentis et sanctorum Apostolorum Petri et Symonis et Jude et beatorum Confessorum *Wigberhti*. *Lulli* et *Heimerati* omniumque Sanctorum dei se perpetualiter incursum certissime nouerit.

Acta sunt haec anno dominicæ incarnationis M. C. XL. VI. Indictione VIII. regnante *Cunrato* gloriosissimo Romanorum Rege II. Anno regni eius VIII. Anno quoque nostri regiminis XVIII. *Lodewico* *Thuringorum* Comite II. aduocatum tenente hereffeldensis Ecclesiæ.

Not: vidit L. Voelkel

(L. S.)

LXX.

Abbt Heinrich v. Hersfeld beurkundet eine seiner Abtei durch *Widelo* von *Handschuchsleben* gemachte Schenkung.

1147.

(ex Orig.)

In nomine Sanctæ et indiuiduæ trinitatis, ego *Heinricus* dei prouidente clementia *Abbas herueldensis* notum esse uolo cunctorum fidelium tam posterorum quam modernorum inuicem qualiter *Widelo* de *hanschuhsleben* ecclesiæ nostræ ministerialis eius piæ deuotioni me assensum præbente quod a nobis hereditario iure possidebat. tria talenta

nostrae aeclesiae singulis annis persolenda pro remedio tam suae quam uxoris ipsius animae et omnium parentum aeternae perpetuae donatione allegaverit Cui . . . nem ratam esse imperpetuum presentis privilegii pagina statuimus et de . . . memoratis tribus talentis ordinationis nostrae rationem eo tempore firmamus ut duo ex his fratribus impertiantur tertii autem talenti decem solidi ad lumina ecclesiae ac reliqui X . . . sionem pertinere noscantur. Actum est hoc anno incarnationis XL.VII. indictione X. regnante Cunrato romanorum gloriosissimo rege secundo. Huius rei testes sunt Herneldenses fratres generaliter de Clericis Sibodo Widerat de dieffeshert. Henricus de breidingun Arnolt et Adelbrahtus frater eius de Ordorff-folmar-Sifrit-Traubodo De ministerialibus Hezechun-Eggehart-Folbraht et filius eius Ibermar-Gernot Erkenbrahtus Ludeger Diderich-Dudo-Widelo-Wernher Sizo-Edel Heinrich-Bilgrim Folcol-Gerhart, Eggebraht-Herdagen . . . Ditmar-Diderich-Bernger et frater eius diderich cum aliis multis.

(L. S.)

Das Pergament dieser Urkunde hat mehrere Löcher. Sonst stimmt die Abschrift völlig überein. Den 6. Oct. 1798.

L. Böfel.

LXXI.

Abbt Willibold v. Hersf. tauscht dem Landgr. Ludwig v. Thür. das Vogteirecht über das bei seinem Schloß Creinberg, im Eisenachischen, gelegne Dorf Kieselbach ab.

1155.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Williboldus dei gratia Abbas Herffeldensis Ecclesie. Ad confirmationem causarum bene dispositarum providum est. si ipsa dispositio et modus eius. per attestationem scripturae tam futuris quam presentibus. probari potest. Utilitati itaque et commoditati ecclesie nostre nos prospicere desiderantes apud advocatum ecclesie nostre dominum Lantgravium Lodewicum petitione optinimus. ut remitteret nobis totum ius advocatie duorum scilicet Solidorum quod a nobis in beneficio habebat in uilla nostra Kieselbach. quae sita est in radice montis et castri nostri Creinberg. Sed dominus Lantgravius in recompensationem suscepit a nobis in beneficium mansum unum in Tichmannesfulaha X. Solidos persoluentem. Ut haec ordinata dispositio. stabilis in perpetuum maneat. paginam presentem conscribimus. et eam auctoritate sigilli nostri signatam Testibus subternotatis presentibus corroboramus.

Testes: Fridericus prepositus de Sulza Comes Wiggerus et filius eius Burchardus de Warbberg Eggehardus de Gütteron Hug de Heruersloiben Reginhardus de Dreuorte et filii

cius *Reginhardus* et *Fridericus Otto* de *Lapide Bertoldus* de *Salzunge* *Heinricus* de *Wiler*
Heinricus de *Heringen*., *Eggebert* *Heinricus* de *Leingesselt* et frater eius
. . . . *Ditmarus* de *Thiefeshart* et frater eius *Didoricus*.

(L. S.)

Acta sunt haec Anno dominicae incarnationis Mo. CLo. Vo. Indictione III. regnante
gloriosissimo Romanorum Imperatore *Friderico* presente et consentiente *advocato ecclesie*
nostre *Lodewico Lantgrauio*.

Not: vidit L. Voelkel.

LXXII.

Abbt *Willebold* v. *Hersfeld* beurkundet, daß er in *Hone*, bei *Eschwege*, Güter
verkauft, und dagegen andre, seinem Kloster näher liegende, angekauft.

Ums J. 1155.

(ex Orig.)

In nomine Sanctae et indiuiduae trinitatis: *Willeboldus Abbas herueldensis ecclesiae*.
Quoniam ex continua uolubilitate mutationis temporum obliuio rerum gestarum innas-
citur. earum ueritas per attestationem scripturae in memoriam hominum reducitur Notum
squidem uolumus esse tam futurae quam presentis generationis fidelibus Quoniam in uilla
quae dicitur *Hunede* predia ecclesiae beati Petri consilio fratrum pro argento dedimus et
eodem Argento eidem ecclesiae bona magis commodiora et utiliora tam in agris quam in
pascuis et pratibus et lucis in loco qui dicitur *Ruggerrod* in radice montis ecclesiae praefatae
comparauimus et testibus subternotatis presentibus ista confirmauimus. Super hanc igitur
expressae ueritatis noticiam Sigilli nostri impressione presentem paginam signamus et ut stabili-
lis et inconuulsa maneat hoc Signo confirmamus. Si quis autem hoc subuertere nisus fuerit
a beato Petro principe uidelicet Apostolorum ex ira ianuam Regni caelorum excludatur et
in igne inextinguibili aeternaliter puniatur.

Testes *Dietmarus* Decanus *Cuno* maior prepositus. *Vdalricus*. *Orto*. prepositi. *Dudo*
Wigandus Camerarii *Heinricus* de *Breitinge*. *Gisilberhtus* Magister Scholarum *Didericus*
Heinricus *Godefridus* clerici. *Arnoldus* prefectus. *Ruthartus* uillicus *Heinricus* et *Folpertus*
fratres *Elbuin*. *Eggebraht*. *Elbuin*. *Heimeradus*. et *Heinricus* fratres. *Amarus* de *Bomene-*
burg et alii quamplures.

Not: vidit L. Voelkel.

(L.S.)
pens.

LXXII.

LXXIII.

Abbt Willibald v. Hersfeld vergiebt eine Hufe Lands in Ermelstede.

1156.

(ex Orig.)

In nomine Sanctae et individuae trinitatis. Ego Willibaldus Abbas Hersfeldensis Christi fidelibus uniuersis. Quae in secularibus negociis agimus coram ecclesiae nostrae ministerialibus cum litterarum nostrarum allegatione tum etiam ipsorum ueraciam attestacione confirmare debemus. Ea propter nouerit uniuersa presentium fidelitas et cunctorum futurorum fidelis posteritas quod rogatu dilecti fratris nostri. Dudonis ordorfensis prepositi. Diemoni de Ermelstede mansum unum in eodem loco positum coram aduocato eiusdem uillae Ervino mansualium iure reddendum tradidimus et manu datum in haereses eius per omnem stirpis eius propaginem haereditario iure possidendum transmisiimus. Facta sunt haec anno dominicae incarnationis Mo. Co. Lo. VI. indictione IIIa. regnante Friderico imperatore. huius traditionis testes sunt: Ordorfenses Cantuici. Magister Arnoldus et germanus frater eius Adelbertus. solmarus Reinbodo-Sizo comes Adelbraht subaduocatus Wolfher de cranhselt-Eggehart de Alech de Castro Creginberg. Dudo. Gernot. Heinrich-Dietmard-Eggehart de pherdichesleibe Rudeger de Ordorf solrat de Weihmare cum aliis multis.

(L. S.)

Die Uebereinstimmung mit dem Originale bezeuget
Cassel den 30. Sept. 1798.

L. Böfel.

LXXIV.

Widerad Presbyter v. Dipshart, schenkt unter benannten Bedingungen
der Abtei Hersfeld mehrere Leibeigene.

1156.

(ex Orig.)

Quoniam plurima ex his quae sunt sub sole uetustatis rubigine abolente posteritatis nostrae subtrahuntur notitiae ea propter oportuna uidetur ut si qua posteris scienda transmittere decreuerimus. Scaedularum illa curemus assignare memoriae. quatenus filii qui nascuntur et exurgent non solum narrent ea filiis suis sed etiam filiis filiorum suorum scripta derelinquant. Vnde notum esse uolumus omnibus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus. quoniam Wideratus presbyter de Dipshart, homines quosdam quos hereditaria illi iusticia in proprietatem cedere annuerat quosdam autem quo se Liudigerus de dachgrubrun

uenditos illi proprios fecerat heresfeldensi ecclesiae ad Altare beati Wigberhti contradidit. hac uidelicet censualis iuris conditione ut singuli eorum per singulos annos ad idem Altare quinque nummos in festo predicti patroni persoluant. Quicumque autem ex his masculus obierit optimum illius iumentum ecclesiae assignetur. feminae uero defunctae optimum indumentum filii etiam ipsorum et tota Successio eandem quam et parentes ecclesiae iusticiam persoluant. Hec igitur sunt nomina eorum quos predictus presbiter hereditario sibi iure obuientem Sancto Wigberto contradidit Wolfram Waltere fratres ditlint soror eorum Rilint et Hildegart filiae ditlindis, Vdo et Berhdolt et Reinfrid fratres hedewig Soror horum. Rilint mater istorum Berhdolt et Hartmut fratres, hedewig soror eorum. hi tres liberi hedewigis. hec eorum sunt nomina quos aliunde emit quorum heredem prefatam nichilominus fecit ecclesiam. Reinhart Adelbraht Ditmar et Knabo fratres Regelint soror eorum, Dietmar filius Regelindis, hildigart et filius eius Didericus Testes huius rei sunt hi. dominus Williboldus Abbas heresfeldensis, Arnoldus decanus et custos Cuno prepositus maior, Egberhtus portarius. Dudo camerarius. Sibodo presbiter, solemar presbiter Eggehart prescetus, Hezechin uillicus Gozolt-Sibodo-Dudo-Gernot, Eggebrath-Gunther-Eggehart Gunthere et Willihelm fratres Facta sunt hec anno dominicae incarnationis Mo. Co. Lo. VIo. Indicione IIIa. regnante domino Friderico glorioso imperatore Augusto temporibus domni Williboldi abbatis heresfeldensis Lodewigo provinciali comite aduocatum heresfeldensis ecclesiae tenente. Bobbone de Richenbach sub aduocato existente. Qui haec infregerit cum iuda traditore Domini pereat.

(L. S.)

Ist mit dem Originale einstimmig.

F. B. S. K. S.

LXXV.

Ein Hersfeldischer Dienstmann schenkt der Abtei Hersfeld, als er darin den geistlichen Stand annahm, benannte Güter.

1160.

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis. Williboldus Abbas Heresfeldensis ecclesiae. Quoniam diuina prouidentia praedestinatos suos diuersis temporibus et aetatibus ubique terrarum trahit ad se. quorum aliquem impossibile est posse perire. Adelbero nostrae ministerialis ecclesiae adhuc adolescens Spiritus sancti gracia inspirante. presentis seculi onerosa negocia deseruit. et ad Caenobii nostri conuersationem deuote se transfudit tradens sanctis patronis nostris Symoni et Tatheo Apostolis et beatis Confessoribus Wegberhto atque Lullo bona quibus ab ecclesia nostra inbeneficiatus erat cum his quae haereditatis iure acceperat. Bona uero beneficii eius Deinnistede posita reddunt XXX. Solidos et Cimmers

mansus unus reddit XII. Solidos. In quibus bonis si quid priuati iuris habuimus, ipso Adelberone deuote postulante ad seruiendam dilectis fratribus nostris ebdomedam unam in quadagesima ipsis tradidimus. Bona etiam hereditatis eius scilicet duos mansos in *Bacheleibun* reddentes XII. Solidos ad ministrandam annuatim Karitatem fratribus in annunciatione sanctae Mariae. ut et ipsi ea die in albis appareant constituimus atque *Langen Salzaha* mansum unum VIII. Solidos reddentem eisdem fratres nostros priuato iure sibi uendicare libenter annuimus ut cum idem Adelbero de presenti transferit seculo. anniuersarium eius peragant deuotius. Facta est autem haec traditio anno dominicae incarnationis *Millesimo Centesimo Sexagesimo*. Indictione VIII. Regnante *Friderico Imperatore*. Testes huius traditionis presentes asiterunt: *Dietmarus* decanus *Cuno* maior prepositus *Cunrat* subdecanus *Dudo* noster camerarius *Waltherus* custos ecclesiae *Egberhtus* portarius *Wigandus* fratrum Camerarius cum omnibus nostrae congregationis fratribus *Sigebodo* forensis presbiter *Rudolfus* presbiter de *Maredorf* *Heinricus* de *Suzerbrugkun* *Godefridus* de *Diphshart* *Heinricus Rufus Comes*, *Boppo comes* de *Ueilsberg*, *Heinricus Albus comes* *Hartman* de *Baldericheshusun* *Cunrat* de *Urfe* *Wernher* de *Biscopheshusun* *Arnolf* prefectus urbis. *Dudo* de *Creienberg* *Dietmar* de *Bernge*. *Godefrit* de *Eriche*, *Folbraht* de *Leintgeffelt* cum aliis multis. Si quis hanc traditionem et statuta nostra infringere temptauerit a Christo Anathema sit.

Not: vidit L. Voelkel.

(L. S.)

LXXVI.

Die Conuentualen zu Hersfeld verpachten unter ihrem Abbt Herman die ihnen von Abbt Adelman zu seiner jährlichen Gedächtnisfeier angewiesenen Güter zu Sippershausen, Amt Homberg.

1162.

(ex Orig.)

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis Fratres *Herffeldensis* Caenobii. Uniuerfis in deum qui est uera ueritas credentibus Cum moderno tempore plerique minus suis contenti aliena contra iustitiam soleant surripere oportet nos conuentioni subternotatae ueracium testimonio prospicere. ne taliter aduersantes et calumpniantes preualeant aliquando manum iniuriae immittere. Annuente uenerabili Abbate nostro *Heremanno* bona nostra in *Heinhusun* ab *Adelmanno* piae memoriae Abbate peragendo ipsius anniuersario nobis tradita. *Cunrato* ministeriali ecclesiae nostrae de *Suipburgehusun* commisimus eo tenore conuenientes, ut penitus remoto omni hereditatis iure. Annuatim nobis inde in die Sancti Martini decem solidos persoluat et quocumque anno eiusdem diei termino praefixo dare neglexerit. eadem bona cum aedificiis desuper constructis totaliter amiserit. Facta sunt haec Anno dominicae

incarnacionis Mo. Co. LXIIo. Indictione Xa. Testes huius rei sunt *Dietmarus* decanus *Cuno* prepositus et caeteri fratres. Clerici *Gisilbrahtas*, *Godefridus* Laici. *Gernot de Einbach* *Diderich de Almunderot* *Albwin de Nuefeze* *Cunrat de Heienhusun* *Rentwig de Holanberg* *Hildibraht* tutor.

(L. S.)

Die Uebereinstimmung mit dem Original bezeuget

Cassel, den 2. October 1798.

L. Vötkel.

LXXVII.

Papst Victor verwilligt dem Abbt Herman von Hersfeld den Gebrauch einer Bischofsmütze, eines dalmatischen Kleides, der Halbschuhe, und eines Rings; giebt ihm auch das Recht, in seiner Abtei zu predigen.

den 5. Jul. 1162.

(ex Orig.)

Uictor Episcopus Servus servorum Dei. dilecto filio *Hermanno* Abbati Monasterii sancti *Wigberti* Confessoris in *Herisfeld*. eiusque successoribus canonice substituendis: I . . N . . P . . P . . M . . Officii nostri nos hortatur auctoritas religiosa loca diligere et apostolicae Sedis munimime conservare. Huius rei gratia dilecte in domino filii *Hermanne* Abbas tuus postulationibus gratum impertientes assensum et predecessoris nostri pape *Adriani* bonae memoriae vestigiis inherentes Ecclesiam Sancti *Wigberti* confessoris cui auctore domino praesides pontificali insula decorare decernimus. Ulum quoque *dalmaticae* *) et *sandaliorum* **) in precipuis festiuitatibus in sollempnitatibus missarum et Anulum. in Abbatia etiam tua uerbum domini populo dei annuntiare iuxta petitionem tuam tibi tuisque Successoribus auctoritate apostolica concedimus et presentis Scripti privilegio confirmamus. Amen Amen Amen.

Ego *Victor* catholicae Ecclesiae episcopus.† Ego *obaldus* ferentinus episcopus.† Ego *Guido* presbiter cardinalis tert. Calixti.† Ego *Gerardus* diaconus cardinalis sancte marie in aquiro.† Ego *Homsfredus* cardinalis tertius† Ego *Gerardus* diaconus card. Sancti

Sancte Iulianae.

Georgii ad uelum aureum.

* Dalmatica v. Dalmata, vestis sacerdotalis candida cum clavis purpureis. Du Fresnoy Glossar.

** Sandalia quae pedibus imponuntur, habent desubtus integram soleam, desuper vero corium fenestratum. l. c.

Datum: *Bombae* per manum *Johannis Saugiae* Romanae ecclesiae presbiteri cardinalis et cancellarii. Indictione X. Incarnationis dominice Anno MoCoLoXIIo. Pontificatus Domini Victoris Pape III. Anno III.

(L. S.)
pens.

Vorstehende Abschrift stimmt ganz mit dem Original überein.

L. Voelkel.

LXXVIII.

Die Abbt Willibold von Hersfeld und Wirinus von Homburg, in Thüringen, vergleichen sich wegen einer Mühle zu Langensalza.

1162.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris. Quod ego *Willeboldus Herfeldensium* Dei natus *Abbas* cum *Coabbate* meo *Wirino Homburgensium Abbate* quoddam in *Salza* motendinum pro quo diu dissentio habita est nostrorum consilio in usum communem redegimus ita scilicet ut omni annone redditus cum summa paritate hinc et inde dispertiatur. Oblationes autem nobis persoluantur exceptis duobus porcis, quorum subputacionis precium tres solidos exsoluat prefato *Abbati* tradantur. Preterea laboris impensam et aliam quamlibet utilitatem communiter partiri decernimus. Et ut in perpetuum hec pactio rata, et inconculsa permaneat: hanc *Scedulam* posteris nostris referendam scribi fecimus et sigilli nostri impressione signavimus. Anno dominice incarnationis Mo. Co. LXXo. IIo. Acta sunt coram *Dudone* preposito *Timone* presbitero de *erechenberch* et *Arnoldo de Salzbrucken* *Gunthero* et aliis quam pluribus.

Not: vidit L. Voelkel.

(L. S.)

LXXIX.

Abbt Willibold von Hersfeld wendet einen Wald bei *Ordrus*, in Thüringen, samt einigen anliegenden Dörfchen, zu Verbesserung der Präbenden seiner Conventualen an.

1170.

(ex Orig.)

In nomine patris et filii et Spiritus Sancti *Willeboldus* Dei donante gratia *Abbas* *Hersfeldensis ecclesiae*. Quoniam officii nostri ratio deposcit utilitatibus ecclesiae nostrae

et fratrum nostrorum prout possumus prospicere. communicato cum fratribus et ecclesiae nostrae fidelibus consilio. oportunum et commodum visum est nobis supplere defectum aliquot septimanarum quem patiuntur fratres nostri in prebenda maxime quadragesimali tempore. Considerantes igitur hoc bene posse fieri in foresto nostro quod adiacet prepositurae nostrae *Ordorf* quod specialiter ad cameram nostram pertinet. forestum idem. presente et cooperante *aduocato inibi nostro comite Ervino* cultoribus locauimus. et IIIor. uiculos quorum nomina haec sunt. *Sula. Hönhart. Biesenrot Gaerin* primitus ibi posuimus. taliter. ut tempore inter nos et colonos eodem disposito. Solidi tres de quolibet manso annuatim persoluantur fratribus. Vt autem presatus *aduocatus Comes Ervini* ad haec omnia commodum nobis sit et auxilium ferat. imbeneficivimus ei XXX. mansos eiusdem foresti. uersus eam partem quae respicit cellam *Afoluerot et Ordorf*. In hoc etiam firma ratione cum *aduocato* conuenimus. ut de singulis mansis predictorum uiculorum annuatim ei IIII. denarii soluantur. et ita idem uiculi ab omni exactione et iure tam *aduocati* quam suorum liberi et absoluti sint. nisi forte si contigerit furtum aut sanguinis effusio. tunc si placuerit iudicibus inibi nostris uocare *aduocatum*. veniat. et si quid pro expiatione acceptum fuerit. duae partes ecclesiae proveniant tertia *aduocato*. sicut habet lex et consuetudo inter nos et *aduocatos* undique nostros in omnibus huiusmodi causis. Nec hoc negleximus. cum adhuc plurima eiusdem foresti nostri loca ad colendum uacent. ut ad locandos ubicunque nobis uel *Successoribus* nostris ibidem placuerit colonos adiutorio nobis sit. et illi coloni sub presata dispositione permaneant. Ut autem haec utilis dispositio rata et inconuulsa in perpetuum maneat. adhibitis etiam testibus subter positis. paginam presentem *Sigilli* nostri impressione firmamus. *Successoribus* etiam nostris in caritate suademus. et sub testificatione diuini nominis obsecramus. ne umquam haec bona aut imbeneficiando. aut alio quocunque modo ab usibus fratrum alienare presumant.

Testes: *Ditmarus* decanus *Dudo* maior prepositus. *Sviggerus* prepositus in *Mimlebo*. *Didericus* camerarius noster *Cunradus* camerarius fratrum. *Magister Giselbertus*. In *Ordorf* *Thiemo* prepositus inibi noster. *Folmar* Decanus. *Magister Adelbertus Reinbodo* sacerdos. cum multis eiusdem loci fratribus *Comes Ervini* et *aduocatus* ibidem eius *Egghardus*. *Widelo* iudicis noster in *Ordorf* Liberi homines *Lodewicus* et frater eius *Sigebodo* de *Frankenstein*. *Meinhartus* de *Muleburc*. *Otto* de *Walehesleibein*. *Hartmut* et *Giselherus* de *Tullestete*: Ministeriales imperii. *Heinricus* de *Boumeneburc* *Windoldus* et frater eius *Cunratus*. Ministeriales *suldenfis* ecclesiae *Bertoldus* de *Wangeheim*. *Hartungus* de *Erfaha* et frater eius *Dudo* de *Aldenhago*. *Hertwigus* de *Geisaha*. *Bertoldus* de *Sconerstete* *Heinricus* de *Wilere*. et item *Heinricus* de *Heringen*. Ministeriales nostrae ecclesiae: *Edelherus* de *Wassenburc* *snoldus* de *Wechmar* *Widelo* de *Griezheim* et frater eius *Wernherus*. *Arnoldus* burggrauis. *Rentwigus* de *Hohenberg* *Heinricus* et frater eius. *Folbertus* de *Lengessfeld*. *Heinricus* de *Biberaha*. *Wigandus* de *Rodenberc*. *Dudo* de *Berings*. *Dudo* de *Cruthusen*. et filius eius *Egghardus*.

(L. S.)

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis Mo. Co. LXXo. Indictione III. regnante gloriosissimo Romanorum imperatore Friderico et semper Augusto.

vidit L. Voelkel.

LXXX.

Abbt Adolph v. Hersfeld beurkundet eine seinem Convent geschene Güterschenkung in Benhausen, unweit Rotenburg.

1179.

(ex Orig.)

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis *Adolfus* Dei gratia *Herfeldensis aeclesiae Abbas*. Propter importunitatem et improbitatem hominum eorum qui contentiose agentes ueritati derogare attemptant necessarium et prouidum esse uidetur. si ea per attestationem scripturae memoriae generationis etiam futurae transmittantur. quae pia deuotio fidelium ut rata in perpetuum maneat affectat De familia ecclesiae nostrae quidam uir nomine *Rubbertus* et soror eius *Eliud* simulque cum ipsis *Hortman Wachsmut* et *Gerlint* hereditatem proprietatis quam in uilla quae dicitur *Bennenhus*, in agris, in siluis, pascuis cultis et in cultis huc usque hereditario iure legitime et libere possederunt fratribus ecclesiae nostrae in remedium animarum ipsorum et parentum suorum contradiderunt per dei misericordiam ueniam peccatorum suorum ex hinc sperantes. Huic traditioni etiam consenserunt omnes ad cognationem prescriptorum pertinentes. Sed sicut *Rubbertus* et uxor eius rogant ipsi et iussu heredibus eorum in ius hereditarium eadem bona ut annuatim duos solidos inde persoluant fratres concedunt. Traditionem igitur predictam fidelium predictorum presentis scripti pagina sigilli nostri impressione signata ratam manere debere confirmat. testibus etiam subscriptis casam et ueritatem approbantibus superadditis

Tesiel Swiggerus prepositus in *Mimeleibo Dudo* prepositus de domo *Ditmar* decanus, *Adelbero* camerarius domini abbatis *Ministeriales Heinricus* et *Folbertus* fratres de *Lengesselt Dudo senior Orto* et *Wigandus* fratres de *Willolfsbach Reginbodo* de *Bomeneburc. Rentwicus* liber homo de *Hohenberc*

(L. S.)

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis Mo. Co. LXXo, VIIIo. Indictione XIIa. *Heinrico comite de Hassia aduocato Herfeldensis aeclesiae* Regnante Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore et semper Augusto.

Die Uebereinstimmung vorstehender Abschrift mit dem Originale bezeuget

Cassel den 4. Oct. 1798.

L. Voelkel.

LXXXI.

Abbt Siffroid v. Hersfeld beurfundet die Stiftung eines Hersfeldifchen Priefters, um den Gedächtnistag ihrer Patronen, der Apoftel Simon und Juda, fo viel feftlicher begehen zu können.

1180.

(ex Orig.)

In nomine patris et filii et spiritus sancti *Sigefridus* dei gracia *Abbas herfsfeldensis* aecclesiae. Indubitanter credere oportet diuinitatis et sanctorum propiciationem tanto nobis effici placabiliorem quanto circa obsequium ueneracionis eorum operam et deuotionem exhibemus impensiohem Quod uenerationis obsequium illis specialius exhibere conuenit et ratio deposcit quorum patrociniū titulo ecclesia nostra sublimata sperat eorum precibus diuinae gratiae conciliari rebus. praeterea et omnimoda commoditate in domino prosperari Quapropter statuimus ratumque in perpetuum esse decernimus passionem sanctorum Apostolorum Symonis et Judae quae est III. in Kalendis Iulii fratribus nostris in Albis annuatim celebrandam, quatenus praeter illam eorundem apostolorum solemnitatem quam uniuersalis aecclesia V. Kal. Novembris solemniter agit predicta nobis sollempnitas in honore primorum ac precipuorum aecclesiae nostrae patronorum specialis sit et propria. Ad Solatium etiam in huius nostrae solemnitatis gaudio fratribus pia consideratione exhibendum propter specialem suae deuotionis affectum quem erga sepe dictos aecclesiae nostrae patronos semper habuit uenerabilis custos sacrorum frater *Sigebodo*. bona quaedam prouida suae sollicitudinis industria nostro fauente assensu conquisiuit in villa scilicet *Uacho* ad VI. Solidos in ciuitate nostra de quibus arcif ad VI. Solidos ibidem de hortulo quodam solidi qui simul sunt XIII. Solidos Ex quibus ordinamus X. in usum fratrum solidum unum XII. domesticif qui ad usus necessarios huic Solemnitati deseruiant XVIII. denarios in elemosinas pauperum VI. denarios ad duos cereos coram principali altari in hac solemnitate iugiter arsiuros. Hoc nostrae deuotionis rationale institutum quemadmodum dulcedo caritatis fratrum modernorum acceptat et gratum habet ita aequae posteritati fratrum qui postea diuinas in loco presenti agent excubias non ingratum fore arbitantes paginam presentem ad huius rei monumentum conscriptam Sigilli nostri impressione roboramus prouidere cupientes, ne quod uiliter ac salubriter tam pro apostolorum ueneratione tum etiam pro aecclesiae nostrae tam insignifituli commemoratione institutum est. per negligentiam aut uetustatis obliterationem in Obluionem aliquando deducatur.

Acta est haec sollempnis institutio anno dominicae incarnationis Mo. Co. LXXXo. Indictione XIIIa. Regnante gloriosissimo Romanorum imperatore *Friderico primo* ordinacionis nostrae in regimen *Herfsfeldensis* aecclesiae anno.

Not: Vidit L. Voelkel.

(L. S.)

LXXXII.

LXXXII

Abbt Siffreid v. Hersfeld bewerkundet eine Stiftung von Almosen, die bei dem Tode eines jeden Hersfelder Conventualen ausgertheilt werden sollen.

1182.

(ex Orig.)

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Sigefridus herffeldensis ecclesiae Abbas*. Officii nostri ratio hoc exposcit: quatenus et ipsi pie actionis exempla subiectis nobis studeamus monstrare, et bona operari volentibus ex animo collaborare. Inde est quod pio desiderio dilecti custodis nostri, fratris *Sigebodonis* annuente, noualia quaedam in *Monte* qui dicitur *Windeberg*, in fine ciuitatis nostrae posito, a quodam qui ea succidendo et extirpando fructa, nouauerat, de rebus prelatucae suae conquirere, licentiam indulsumus, praesente ecclesia fratrum nostrorum et in id ipsum consentiente, hoc statuente, quatenus III. solidi qui de noualibus illis annis singulis soluuntur in obitu fratrum nostrorum in elemosinas pauperum erogentur, ita tamen ut curatores funeris nichil inde sibi usurpent, sed antiquae constitutionis iusticia contenti sint. Sine autem uno anno plures, sine unus pluribus interpositis annis e medio decesserit, fratrum tunc superstitum prouida sollicitudo ita ordinet, ut singulis in presentis defunctis, utilis et honesta elemosinarum largitio exhiberi ualeat. Libram autem adipis, quae praeter III. solidos illos de bonis eisdem annuatim soluitur, et nobis prius debebatur, portario assignauimus pro bonis quibusdam portae attinentibus, quae in predium nostrum quod dicitur *ad lapideam crucem*, transfulimus. Ut haec salutaris dispositio rata et inconuulsa permaneat, paginam hanc presentem uniuersae congregationis nostrae testimonio communitam et conscriptam, sigilli nostri impressione roboramus, fratrum nostrorum tam futurorum quam presentium Karitatem commouente quatenus non paruam suae salutis causam hic institutam considerantes, nequaquam haec antiquatum iri vel immutari fraterna sollicitudine inuigilando permittant. Preterea in *Vacho* agros XXXa. denarios soluente idem custos conquisiuit, quos etiam ad expensas earundem elemosinarum assignauit.

(L. S.)

Acta ab anno dominicae incarnationis Mo. Co. LXXXo. Ho. Indictione XV. Regnante gloriosissimo Romanorum imperatore et semper Augusto domino *Fridrico aduocatum ecclesiae nostrae nobis ipsis administrantibus*.

Ist mit dem Originale völlig gleichlautend.
Cassel den 6. Oct. 1798.

F. Böffel.

Abbt Siffrid v. Hersfeld beurfundet die Schenkung einiger Hufen Lands an das Kloster Memleben, dessen Vogt, Gr. Henrich von Buch, sie bisher von Hersfeld zu Lehen getragen hatte.

d. 4. Apr. 1182.

(ex Orig.)

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis *Siffridus* dei gratia *herueldenfis aecclēstias Abbas*. Quoniam multa quae a patribus studiose tractantur a filiis per desidiam plerumque negliguntur nisi litterarum attestacione corroborentur. Nos ea quae utilia et rationabilia ordinauimus paginarum testimonio posteris scienda mandamus. Quapropter presenti pagina uniuersis Christi fidelibus, noti (notificamus quod) quod Comes *Heinricus de buch* aecclēstiae nostrae *mimelēbensis aduocatus* . . . in paruo *Mimelēbo* agros *mimelēbensis aecclēstiae* in pedientes a manu nostra in beneficium habuit prepositus considerans et sepe cum fratribus suis rogauit, ut ipse attendens eosdem mansos sibi redimendos cionibus Comes annuens XXXVI, marcis eosdem mansos sibi redimendos dedit. Consilio igitur habito eosdem mansos ab ipso recepimus et *Mimelēbensis aecclēstiae* contulimus hac pactione ut Comes de suo patrimonio duos mansos in *Hartessford herueldenfis aecclēstiae* contraderet et eosdem loco supradictorum mansorum a manu nostra in beneficium susciperet. Quod et factum est. Actum in *Arnestete* Anno dominicae incarnationis Mo. Co. LXXXIIO. Nonis Aprilis Regnante gloriosissimo Romanorum imperatore *Fridericus* huius nominis primo Testes *Conradus* *Widelo* et *Hermannus* capellani; Comes *Heinricus de buch mimelēbensis aecclēstiae aduocatus*. Comes *Eruuinus* Comes *Heinricus de Suuarzburg*. Comes *Guntherus de Keurenberc*. Ministeriales *Lodeuicus burcrauius*, *Otto pincerna Widelo de Grizheim* *Heinricus de Lengefelt* *Albertus de Stuterenheim* *Albertus de Rudoluesleiben* *Tanto de beringer*, *Beringerus* scultetus alii quamplures

(L. S.)

Das Original ist sehr schadhafft, und hat da, wo die Lücken sind, von Rasse gelitten, oder ist an diesen Stellen zerstreffen. Uebrigens stimmt die Abschrift damit überein.

Cassel den 5. Oct. 1798.

L. Wolfel.

LXXXIV.

Abbt Siffred v. Hersfeld macht einen benannten Berg uebar, räumt aber dem
Cuno von Minzenberg, als Vogt darüber, die Hälfte der
Nutzung ein.

1183.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Sigefridus* dei gratia *heressfeldensis* aeccliesiae
Abbas. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus. Quod nos *montem* qui *Ru-*
berstisberg dicitur incultum et absque habitatione hominum inuenimus, quem restaurare et
ad utilitatem aeccliesiae nostrae incolere uolentes, hoc nullatenus sine adiutorio et coopera-
tione domini *Cunonis* de *Mincinbero* qui eiusdem loci aduocatus fuit perficere potuimus com-
municato igitur familiarium nostrorum consilio eidem *Cunoni* medietatem totius utilitatis
quae nunc est aut deinceps in eodem monte fieri potest in beneficium concessimus retenta
altera medietate ad nostros proprios usus. Sic autem terminum eiusdem montis distinxi-
mus scilicet inter duos *riuulos* *Hornipha* et *Selsbah* ab oriente autem quantum nouo fossato
cingitur, quod ad utrumque riuulum protenditur. Huic beneficio singulariter capellam
nostram et edificia nostra eidem capellae adiacentia excepimus. Vt hec rata et inconuulsa
tam nobis quam ipsi permaneant, hanc cartam conscripsimus quam sigilli nostri inpressione
firmauimus. Testes huius rei subscripti sunt: *Thuto* maior prepositus. *Ditmarus* decanus.
Adelbero camerarius abbas *Brun* camerarius fratrum, *Rudolf* clericus de *Lobaha*-Ministe-
riales ecclesie *Ludewicus* dapifer noster - *Ortho* pincerna - *Wigant* marisscalus - *Heinricus*
et *Folbertus* de *Lengiffelt* - *Meginwart* de *Geisaha* - *Heinrich* de *biberaha* et filii eius - *Folbrat*
et *Heinrich* - *Heinrich* de *Lobah* - *Adelbertus* uillicus - *Wigant* uillicus - *Godebraht* *Guntram* de
Olfo-*Gerlah* uillicus *Lnbrant* clericus de *Hohungen* - *Bertholtus* clericus de *Mincinbero*. Acta
sunt hec Anno incarnationis domini, M. C. LXXXIII.

(L. S.)

Die Uebereinstimmung dieser Abschrift bezeuget

Lassell den 6. Oct. 1798.

L. Dölker

LXXXV.

Abbt Siffrid v. Hersfeld bringt einige seiner Kirche entzogene Ministerialen in ihr voriges Verhältniß zurück, und läßt sie ihre Ministerialität vor Zeugen bekräftigen.

1184.

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis *Siffridus* Dei gratia *Abbas Hersfeldensis Ecclesiae*. Quemadmodum contra obliuiosam humanae infirmitatis memoriam litterarum interuimur remedio, sic contra uolentorum iniurias privilegiorum roboramur testimonio. Inde est quod notum esse uolumus tam futuris quam presentibus, qualiter nos ecclesiae nostrae ministeriales *Didericum* cognomento diuitem et fratrem eius *Godeschalcum* et sororem eorum *Luciam* et *Didericum* filium eiusdem *Luciae* et duas sorores eiusdem *Diderici* *Merigartim* et *Juditam* et *Gerdrudim* cum filiis suis *Christano*, *Alexandro*, *Udalrico* et *Diderico* cognatis supra nominatorum quorundam uolentia a suo iure abstractos multo labore multa industria receperimus et in ordinem ministerialium eos restituerimus. In futurum autem eis prospicere cupientes communicato cum iuris sapientibus consilio ita consulimus ut suae conditionis dignitatem secundum ius ministerialium coram testibus subternotatis comprobarent. Itaque ipsi in facie totius ecclesiae nostrae presente etiam multa fidelium et ministerialium familia iuris iurandi interpositione se et parentes suos de familia ministerialium ecclesiae nostrae qui ad officium Camerae pertinent, existere et extitisse secundum quod eorum comministeriales adiudicauerunt, consequenter comprobauerunt. Super hanc expressae ueritatis notitiam paginam presentem conscribi fecimus et sigilli nostri impressione eam roboramus, quatinus ratione ueritatis communita rata permaneat.

Tesfes. *Dudo* prepositus de Domo. *Ditmarus* Decanus, *Adelbero* Camerarius noster *Cunratus* portarius *Sigeboto* custos *Brun* Camerarius fratrum cum reliquis fratribus. Comes *Erwinus*. Comes *Boppo de Wasungen* *Heinricus*, de *Obecc* *Rentwigus* de *Hohenberg* Ministeriales. *Widelo* de *Griseheim* *Edelberus* de *Wassenburg*, *Adelbertus* de *Stuterneheim*, *Heinricus* et *Folbertus* fratres de *Lengesselt*, *Ludewicus* burggrauis, *Wigandus* Marescalcus, *Ortho* de *Uvillofsebach*, *Meginwartus* de *Geisaha*, *Dudo* et *Herdegenus* de *Beringe*, *Herdegenus* et *Heinricus* fratres de *Lazhusen*, *Heinricus* de *Biberaha* et filii eius *Folbertus* et *Heinricus*, *Folbertus* de *Milenrot* *Tagamarus* de *Lazhusen* *Warmundus* de *Trubenbeche* *Elbwinus* et *Bertoldus*, *Gumbertus* de *Salcesberg* *Cunratus* de *Cello*. *Bertohus* de *Frilingen* de *Erfurdia* *Bertoldus* Magister mercati *Bertohus* de lapidea uia. *Bertohus* iunior *Adelbertus* filius *Peregrini* *Bertoldus* filius *Bertoldi*.

Acta ab anno dominicae incarnationis Mo. C. LXXXo. IIII. Indictione IIa. Regnante gloriosissimo romanorum imperatore et semper Augusto *Friderico* aduocaciam ecclesiae nostrae nobis ipsis administrantibus.

uidit L. Voelkel. (L. S.)

LXXXVI.

Abbt Siffrid v. Hersfeld verleiht dem Kloster St. Johannesberg das Patronat der Kirche zu Hilperhausen, unweit Hersfeld, und der dazu gehörigen Capelle in Kreuzberg.

1185.

(ex Orig.)

In Nomine Sancte et individue Trinitatis. *Sigefridus* Abbas *Herffeldensis* ecclesie. Debitus et sincerus paterni amoris affectus quo erga subiectos nostros pia obligatione arctius tenemur. facit, ut cum idem Subiecti aliqua utilia et rationi congrua a nobis postulauerint petitioni et uoluntati eorum accedere nos oportat. Inde est quod notum esse uolumus tam futuris quam presentibus qualiter nos pro petitione et uoluntate uenerabilis fratris nostri *Dudonis* prepositi in monte Sancti *Iohannis* ecclesiam in *Hildeburgehufen* in terminis eiusdem prepositure nostre sitam cum Capella eidem ecclesie attinente quam dicunt in *Cruceberg* presentibus et annitentibus ecclesie nostre fratribus: testibus etiam subternotatis presentibus concessimus. ita ut idem prepositus et successores eius ius inuestiture habeant. habentes in potestate sua Sacertodem qui ipsis idoneus uisus fuerit ecclesia illa inuestire. hoc nostre traditionis beneficium ut notum firmum et stabile perseveret paginam presentem super eo conscribi fecimus et ad expressiorem ueritatis attestationem sigilli nostri impressione eam roboramus.

Testes *Ditmarus* decanus Idem *Dudo* maior prepositus, *Adelbero* Camerarius noster et prepositus sancti Petri, *Cunratus* portarius *Brun* camerarius fratrum. *Heinricus* plebanus nostre ciuitatis, *Rentwicus* de *Hohenberg*, *Uuarmundus* de *Trubenbeche*. Ministeriales *Heinricus* et *Folbertus* fratres de *Langesselt*, *Ludewicus* burggranius *Uuigandus* marscalcus *Folbertus* et *Heinricus* filii *Heinrici* de *Biberaha*, *Bertohus* et *Folbertus* fratres de *Frielingen* *Tagamarus* de *Lazhusen* *Meginwardus* de *Geisaha* *Elvinnus* et *Dudo* de *Runeshusen* *Rupertus* de *Bracho*.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis Mo. Co. LXXXVo. Indictione IIIa. Regnante gloriosissimo Romanorum imperatore et semper Augusto *Friderico* aduocationem ecclesie nostre nobismetipsis administrantibus.

(L. S.)

Die Uebereinstimmung mit dem Originale bezeuget
Cassel den 30. Sept. 1798.

L. Bülkel.

Abbt Siffred v. Hersfeld beurlundet, daß Ludger Custos in Gellingen seiner Kirche mehrere in Hachelbich und Gellingen erkaufte Güter geschenkt habe.

1186.

(ex Orig.)

In nomine Sancte et individue Trinitatis. *Sigefridus abbas Herffoldensis Ecclesie.* Officii et nominis nostri idonei et benigni interpretel esse cupientel patrynae sollicitudinil cura. pro nobil subditorum salute et commoditate inuigilare debemul. Inde est quod notum facimul tam futuril quam presentibul qualiter frater *Luttegerus* custol ecclesie nostre in *Gellinge.* Consilio et Auxilio nostro fretul beneficiu Folberti ministerialil nostri quicquid habuit in *Hachelbeche* et in *Gelinge* in mansil et areil datil XXIIII. marcil totum coemit. et nos idem beneficiu de manu prefati ministerialil nostri nobil resignatum. testibul supter notatil presentibul recepimul et pro petitione iam dicti fratril nostri Luttegeri domui pauperum quae est in sepe dicta ecclesia nostra in sustentacionem pauperum contradidimul Preterea Berchtoldo filio Bilgrimi aduocato in *Gellinge.* qui in bonil illil impedimentu uiolenter faciebat. pretaxatul frater III. marcal soluit et ille constanter et firmiter coram testibul promissil. quatenul et ab impedimento cessaret et aecclesiae illi pacata et quieta possessione bona eadem tenere permitteret. Super hanc expressae ueritatil noticiam paginam presentem conscriptam sigilli nostri impressione quatenul rata et inconuulsa semper maneat roboramul.

Testel hi sunt *Dudo* prepositul de domo. *Ditmarus* decanul. *Adelbero* Camerariul noster. *Cunratul* portariul *Brun* camerariul fratrum *Craft* cellerariul et totul ecclesiae nostre conuentul. Liberi hominel *Lodowicus* de *Frankenstein* - *Rentwicus* de *Hohenberg.* *Hartmutul* de *Tullestede* hominel nostri Ministeriales nostri. *Lodewicus* dapifer, *Edelherus* pin-cerna noster de *Wassenburg.* *Uuigandul* marscalcul - *Heinricul* et *Folbertul* de *Longesselt.* *Dudo* et *Elbwinul* de *Herffelt.* *Meginwart* de *Geisaha* *Sigefridul* de *sisebrunnen.* De familia suldenil aecclesiae *Uuarmundul* de *Trubenbeche* - *Berchthohul* et frater eius *Heinricul* de *Sleitaha* *Godefridul* de *Uuegeforte.*

Acta sunt haec Anno dominicae incarnationis Mo. Co. LXXXo. VIo. Indictione IIII. Regnante gloriosissimo Romanorum imperatore et semper Augusto *Friderico* et filio eius *Heinrico* VI. sub ipso regnante.

(L. S.)

Die Uebereinstimmung mit dem Originale bezeuget
den 27. Sept. 1798.

L. Völkcl.

LXXXVIII.

Abbe Siffrid v. Hersfeld verordnet, daß nach eines jeden Conventualen Tod die Pfründe desselben auf ein Jahr lang denjenigen Brüdern zufallen solle, die für dessen Seelenheil täglich Messe lesen.

1187.

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis *Sigefridus Abbas Herffeldensis Ecclesiae.* Multis sacrae Scripturae testimoniis instrumur quam pium et sanctum sit pro requie et Salute defunctorum orationum atque elemosinarum beneficia iudici uniuersorum offerre. Inde est quod nos paternae sollicitudinis ac pietatis uisceribus commoniti communicato cum fratribus nostris consilio. preter alia quae pro remediis animarum ante nos rationabiliter ac salubriter instituta sunt. hoc adicimus. ratumque in perpetuum esse decernimus quatenus fratribus nostris defunctis. Stipendium prebendae cum omnibus appendiciis suis. ita per omnia ut uiuentibus administrari solet. per annum integrum a tricesimo die exhibeatur ipsumque Stipendium Sacerdoti uni aut certe pluribus deum timentibus qui pro remedio animarum fratrum nostrorum defunctorum hostiam placationis die cotidie offerre non negligant conferatur. Hoc autem nostrae deuotionis insigne memoriale ideo presentis paginae testimonio roborari placuit. quatenus et posteris hoc pietatis studium innotesceret. et quod piae considerationis affectu prudenter ordinatum est, neque temporis uetustas neque ea quae dum pro temporis diurnitate memoriae caligat oculis plerumque suboriri solet ignorantiae negligentia hoc aboleret.

Testes *Ditmarus* Idcanus *Dudo* prepositus de domo. *Adelbero* prepositus Sancti Petri *Cuonratus* portarius *Craft* cellerarius *Reginhartus* magister domus pauperum *Bruno* camerarius fratrum cum uniuerso nostrae fraternitatis collegio.

Acta anno dominicae incarnationis *Millesimo centesimo octogesimo septimo* Indictione . . . regnante gloriosissimo romanorum imperatore et semper augusto *Friderico*. *Heinrico VI.* rege ipsius filio sub patre regnante.

vidit L. Voelkel. (L. S.)

LXXXIX.

Papst Celestinus nimmt auf Bitten der Hebtissin Mathildis ihr Kloster Kreuzberg in seinen Schutz, und ertheilt ihm Privilegien.

1191.

(ex Orig.)

Celestinus episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus *Mathildi Abbatisse* *Crucebergensis Monasterii*: eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis IN P P M (in perpetuum).

Prudentibus virginibus que sub habitu religionis accensis lampadibus per opera sanctitatis jugiter se preparant ire obviam sponso sedes apostolica debet presidium impertiri. ne forte cuiuslibet temeritatis incurfus aut eas a proposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Ea propter dilecte in Christo filie vestris iustis postulationibus clementer annuimus. et prefatum *Crucebergense* monasterium in honorem beati Jacobi constructum in quo divino estis obsequio mancipate sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes. ut ordo monasticus qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet. aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis presante domino poterit adipisci firma vobis. et eis que vobis successerint et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est. Cum omnibus suis pertinentiis *Ekefede*. cum suis pertinentiis. *Suanehusen* cum suis pertinentiis. *Osthein* cum suis appenditiis. *Golthein* cum suis appenditiis. *Helingen* cum suis pertinentiis. *Celle* cum suis pertinentiis. *Ingenarestath* cum suis pertinentiis. *Rapuldes* cum suis pertinentiis. Domos et alia que possidetis in *hersvelde*. *Redditus salis* quos habetis in *Salzzungen*. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis. sive de nutrimentis animalium vestrorum nullas a vobis decimas exigere. vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas e seculo fugientes ad conversionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli sororum vestrarum seu converforum post factam in loco vestro professionem. fas sit absque abbatisse sue licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit. liceat vobis clausis ianuis exclusis excommunicatis et interdictis non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. Inhibemus etiam ne quis in vos vel monasterium vestrum sine manifesta et causa rationabili excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare. seu novis et indebitis exactionibus aggravare vos aliqua temeritate presumat. Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decernimus. ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint. nisi forte excommunicati vel interdicti sint. nullus obsistat. salva tamen iustitia illarum ecclesiarum. a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbatisse vel earum qualibet que tibi successerit. nulla ibi qualibet surreptionis astutia. seu violentia preponatur. nisi quam sorores communi consensu vel sororum pars consilii senioris secundum dei timorem et beati benedicti regulam providerint eligendam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere. minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare. sed omnia integra conserventur. earum pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate. et diocesani episcopi canonica iustitia Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona. hanc

nostre

noſtre conſtitutionis paginam ſciens. contra eam temere venire temptaverit. ſecundo ter-
tiove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit. poteſtatis honorisque
ſui dignitate careat. reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat.
et a ſacraſſimo corpore ac ſanguine dei et domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena
ſiat. atque in extremo examine divine ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua
iura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatinus et hic fructum bone actionis
percipiant. et apud diſtictum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.
Amen.

Ego *Celeſtinus* catholice eccleſie episcopus.

† Ego *Pand. Abbas XII. apoſt. Presb. Cardin.*

† Ego *Johannes* tituli S. Clementis Cardin. Tuſcan. ep.

† Ego *Albinus* Albanenſis episcopus.

† Ego *Octavianus* Hoſtienſis et Velletrenſis epiſc.

† Ego *Johannes* Prenenſinus epiſcopus.

† Ego *Gerardus* ſc̄ti Adriani Diaconus Cardinalis.

† Ego *Gregorius* ſc̄te Mariæ in porticu diacon. card.

§ Ego *Johannes* ſc̄ti Theodori diaconus cardinalis.

† Ego *Romanus* tituli Sc̄e. Anaſtaſie preſb. card.

† Ego *Hugo* preſbyter card. ſc̄i. Marſini tituli equitii.

† Ego *Lotarius* Scorum Sergii et Bachi diac. card.

† Ego *Nicolaus* Sc̄e. Mariæ in Coſmidyn diac. card.

† Ego *Johannes* tituli Sc̄i. Steph. in celio monte preſb. card.

Data Laterano per manum *Egidii* ſc̄i. Nicolai in carcere Tulliano diac. Card. II. Id.
Novembr. Indict. X. Incarnationis dominice Anno M. CXCI. Pontificatus vero Domini Ce-
leſtini Pape III. Anno primo.

vidit L. Voelkel.

XC.

Extract einer Urkunde, wodurch Kaiſer Heinrich VI. das Kloſter Nulesburg
gegen Graf Werner von Battenberg in Schutz nimmt.

d. 20. Mai. 1194.

Henicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus notum facit, Abbate et Conventa
de Owelsburg conquerentibus, Comitem *W. de Battenberg* iſtis in Granchys et
alijs bonis magnum intuliſſe damnum, et jurisdictionem eorum impedire, quanquam Co-
mes reſponderit fratres ſtratam regiam vi occupaffe, quod omnia bona fratrum in protec-
tionem aſſumat et juſſerit, neminem illis damnum inferre aut eos gravare debere.

Datum Francofurt. XIII. Cal. Junij Indict. XII.

Urkundenbuch, III. Band.

M

XCI.

Erzb. Conrad v. Mainz bestätigt die von Abbt Siffrid v. Hersfeld geschehene
Schenkung benannter Kirchen an das Kloster Owa oder Aue *.

1194.

In Nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis in perpetuum. *Conradus* dei gratia *Moguntinus Archiepiscopus* Sabinensis episcopus et Apostolice sedis legatus.

Licet ex iniuncto nobis a deo sacri pontificatus officio Uniuerſis Iheſu Chriſti fidelibus prodeſſe teneamur. Hiis tamen curam debemus impendere precipuam qui Marthae poſt-
habito labore Mariae optimam partem cognoscantur elegiſſe vnde uotiſ dilectiſſimi noſtri
et precordialis Amici uidelicet *Sifridi abbatis eccleſie herſfeldenſis* conſentientes ordinacio-
nem ipſius de Capellis in *Geiſaha* et *Millebach* et matrice eccleſia in *Swippurgehuſ* cum
tribus filiabus ſuis *Mazheim Dageboldiſhuſ* et *Hildegariſhuſ* celebratam ita ut deo famu-
lantibus in *Owa* in perpetuum attineant et deſeruiant pie conſideracioni ejus fauorem no-
ſtrum accommodantes dignum duximus confirmare. et ſigilli noſtri impreſſione roborare.
hoc tamen pacto ut in ſuo iure nichil depereat eccleſie Mogontine. Ne autem quiſpiam
attemptator temerarius huic facto noſtre pietatiſ violationem preſumat irrogare ſub pena
perpetui prohibemus Anathematiſ auctoritate Apoſtolorum Petri et Pauli domini Celeſtini
pape et noſtri Acta ſunt hec anno dominice Incarnationiſ Mo. Nonageſimo IIIo. Indict.
XIII. Domino *Celeſtino* apoſtolice ſedi preſidente *Heinrico VIo.* romanum imperium gu-
bernante. Anno noſtri exilii XXXI. Electioniſ XXXo. IIIo. Reuerſionis XIIIo. Teſtes *Jo-
hannes* prepoſitus eccleſie *fritiſlarienſis* *Adilhelmus* decanus *Lodovicuſ* ſcolatiſticuſ *Heinricuſ*
cantor *Gumbertuſ* *Geiſsmarienſis* prepoſitus et *Hermannuſ* Curie noſtre Notariuſ eiuſdem
eccleſie Canonici Hii Laici. *Hermannuſ Lantgrauiuſ* *Thuringie* et comes palatinuſ *Saxonie*
Comes *Goteſfriduſ* de *Ciginheim* et frater eiuſ Comes *Lodovicuſ*. Libere condicioniſ *Rent-
wicuſ* de *Honberg* et fratres ejuſ *Hartmannuſ* et *Rutherduſ* Hii de Miniſterialibuſ *Lodovicuſ*
prefectuſ (*pacificuſ*) *ſolpertuſ* ſenior. de *Lengisuelde* *Eccheharduſ* dapifer de *Wartberg* et
Herdegenuſ frater eiſ nec non et alii uiri uite commendabilis et inculpatiſ testimoniſ.

vidit L. Voelkel.

XCII.

Abbt Siffrid v. Hersfeld erzählt, wie er dem Kloster Kreuzberg zu der Vogtei
über Lindenau und Zelle, unweit Kreuzberg, geholfen.

1194.

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatiſ. *Sifriduſ* *Abbaſ* *Herſfeldenſiſ*. Quoniam fragi-
liſ eſt memoria et ad capiendam rerum turbam non ſufficiſt ne labiliſ audituſ per incre-

*) Vergl. Beil. LXI.

menta temporum citius quod percepit perdat. quae nobis mediantibus utilitati deo seruientium postmodum profutura statuuntur. Scripto posteris mandare necessarium decreuimus. Notum sit igitur presentibus et futuris Christi fidelibus quod nobis sollerter collaborantibus de aduocacia uillae *Lindinowe* totius uillae *Cello*. Molendini et piscariae ibidem et unius mansi in *Brakindorf*. dilectus filius noster *Reingerus* prepositus de *Cruceberg* et Castellanus noster *Heinricus* de *Scharphinberc* talem fecerunt contractum. Siquidem *Heinricus* quia eandem aduocaciam de manu *Lantgrauii* tenuit secundum quo de ecclesia *fuldensi* inbeneficiatus erat unde ipsi annuatim in uilla *Lupinze* VI. talenta soluebantur in manus *Abbatif* *fuldensis* resignans in restaurum dictae aduocaciae *Lantgrauio* in beneficio porrigi petiuit et impetrauit. Quo facto *Heinricus* a preposito nostro et ecclesia *Crucebergensi* LXa. marcas accepit et aduocaciam liberam et ab omni impetitionis nexu solutam, nobis resignauit. Nos uero cupientes commodis et utilitatibus ecclesiae nostrae pro modulo nostro providere in curia principum *Frankinuord* celebrata. *Crucebergensis* ecclesiae nomine prefatam aduocaciam de manu *Lantgrauii* recipientes eam dictae ecclesiae appropriauimus et rationabiliter actitatum. Scripto presenti confirmantes annuente facto nostri conuentus collegio ecclesiae nostrae sigillo. paginam muniri iussimus. huius ordinationis initio et consummationi hii testes interfuerunt *Uvitelo* *Camerarius* noster *Almundus* *Camerarius* fratrum *Reinboto* *capellanus* *Laici* *Ludewicus* de *Frankinsein* *Bodo* de *Boimeneburg*. *Heroldus* de *Heringen* et *Gotefridus* frater eius *Rudolfus* de *Gerstungen*, *Gernotus* de *Elmbach* *Arnoldus* de *Bigere* et frater suus *Heinricus* de *Wilere*, *Ludewicus*-*burgrauius*-*Volpertus* de *Milinrod*-*Volkoldus* et alii quamplures. Acta sunt haec. Anno dominicae incarnationis. Mo. Co. LXXXXo. IIIo. Indictione XIa. presidente Sanctae Romanae ecclesiae domino *Celestino* Papa. Imperante *Heinrico* Romanorum Imperatore Augusto.

(L. S.)
pens:

XCH.

Abbt Siffrid v. Hersfeld beurfundet den Verkauf mehrerer Güter, die der Probst des Nonnenklosters Owa, nachher Blankenheim, von Graf Wolckwin von Raumburg, und einigen seiner Vasallen, in benannten umliegenden Orten an sich gekauft.

1197.

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis *Sifridus* dei gracia *Abbas* *Herffeldensis* ecclesiae. Quia mundus in maligno positus pie ordinata rescindere consuevit summe Necessarium credimus ut ea quae in ecclesiis deo seruientibus profutura disponuntur scriptis et attestationum munimentis fulciantur ne obliuionis nube succedente memoriae presentium et futurorum Noticiae subtrahantur Ideoque notum sit omnibus tam presentibus quam futuris

Quod dilectus frater noster *Egehartus* prepositus ancillarum Christi quas in nonella plantatione nostra quae *Owa* dicitur adunauimus et nobilis uir *Volcwinus de Nuwinburg* de quadam proprietate sua quam habere uidebatur in his locis *Cyfinrot Hainrot Meinbolderot Uwendilinrot Breitinbach Millebach* talem coemptionis contractum nobis annuentibus et ut id fieret operam nostram impendentibus celebrauerunt Si quidem prepositus predicto nobili viro *Volcwinus* decem marcas ponderati Argenti et quinque talenta contulit et ab eis qui supradictis bonis inbeneficiati fuerant pecunia quam subternotari fecimus redemit *Heinricus* millico de *Rotinberg* et filio eius *Stebin* pro beneficio suo soluit prepositus VI. marcas *Radebodo* de *Zenre* quinque marcas et XX. ulnas linei panni ualde subtilis *Cunrato* de *Ruthene* V. marcas *Teinhardo* dapifero comitis *Heinrici* de *Wegebach* XXXa. solidos *Ernesto* de *Millebach* talentum et prefatam proprietatem suam liberam et ab omni impetitionis impedimento solutam memoratus *Volcwinus* cum uxore sua *Meina* nomine manibus adunatis et stipulationibus debitis una cum pueris quos ipsi procreauerant totam et integram de suo in ius et dominium Sancti Johannis et ecclesiae in *Owa* contulerunt et cum protaxata pecunia ius fraternitatis ancillarum Christi Deo in illa ecclesia famulantium receperunt. Que ut rata ecclesiae nostrae conferuentur eis ut hoc fiat utrobique postulantibus presentem paginam inde conscriptam Sigillo matris nostrae maioris ecclesiae herfeldensis muniri iussimus Hii sunt testes *Arnoldus comes de Willoluisbach*, *Rentwigus de Homberg* et fratres eius *Ruthardus* et *Hartmannus Rudolfus* de *Kyrchberg* *Radebodo* de *Zenre* *Cunratus* de *Ruthene* *Ernisi* de *Millebach* et alii quam plures. Acta sunt haec anno dominicae incarnationis M^o. Co. LXXX. VII^o. in Castro *Nuwinburg*.

Not: vidit L. Voelkel.

(L. S.)
pens:

XCIV.

Landgr. Herman v. Thür. unterwirft das Kloster Frauensee seinem Schutz,
und bringt die Vogtei darüber an sich*.

1202.

Hermannus dei gratia Thuringie Landgrauis Saxonie Comes palatinus. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuri eui posteritatibus quod nos ecclesiam in *Sewe* cum suis pertinenciis tuicioni ac defensionis nostre submisimus usque adeo quod et ius aduocacie iam dicti cenobii nobis acquisiimus de nostro patrimonio mansum unum in *Hemmederot Bertoldo* de *Salzungen* in concambio sepe dicte aduocacie conferentes ita quod nichil deinceps iuris in illa ecclesia sibi addicet. Nec illud silencio transeundum quod nos specialiter

*) Vergl. unten Beil. v. J. 1222. *Hemmederot* heißt daselbst *Hermenrot*, und ist das Dorf *Sermannrode*, A. *Wigenhausen*.

manfos illos in *Enlawen* nostre defensionis subiecimus quod ecclesiam prememoratam in eis nulla in parte uolumus pregruari. nisi ordine iudiciario sicut iusticie rigor dictauerit in nostri pulsetur audiencia. Et ut breuibuf utamur hanc ecclesiam omnibuf nos diligentibuf summopere cupimus esse commendatam quod ipsius incommoda nostra reputamus et non minus nobis ipsi irrogatis egre ferimus. Acta sunt hec Anno dominice incarnationis Millesimo CCo. II. Indictione Va.

vidit L. Voelkel.

(L. S.)
pens:

XCV.

K. Philipp macht den in seiner Gegenwart zwischen dem Abbt Johann v. Herfeld, und Landgr. Hermann v. Thür. über ihre bisherigen Irrungen getroffenen Vergleich bekannt.

den 23. Mai 1205.

(ex apographo.)

Philippus Dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus. Notum facimus uniuersis presentem paginam inspecturis quod in presentia Majestatis regie talis inter fidelem nostrum *Johannem Abbatem Herffeldensem* et dilectum consanguineum nostrum *Hermannum Lantgrauum Thuringie* vere pacis et concordie forma est ordinata: Lantgrauus Thuringie omnes possessiones et villicationes cum uniuersis prouentibus suis dominio suo subiacientes et suorum, in integrum restituere debet Abbati Herffeldensi et fratribus et aliis Cenobiis ecclesie herffeldensi attinentibus et si quas possessiones vel redditus infeodauit, vel alio quouis modo ab ecclesia abalienauit vel aliquis de suis ecclesiam de cetero quiete faciet possidere. Bona Ministerialium Herffeldensis ecclesie que Lantgrauus eis abstulit, sibi retinens vel suis fautoribus conferens Lantgrauus integraliter restituere debet. Mansionarios Abbatis transfugas in Ciuitatem Lantgrauii faciet ipse Lantgrauus Abbati et suis debito iure seruire. de cetero nullum de mansionariis Abbatis vel suorum colligens.

Quod si iidem Mansionarii debitum ius neglexerint solvere Abbati vel suis, Abbas manfos suos libere et absque omni contradictione aliis locabit. Nullum aduersarium Abbatis, siue Miles sit, siue Mercator siue rusticus, ad nocumentum Abbatis, Lantgrauus vel aliquis de suis ab Abbate ammonitus manu tenebit, neque aliquem locum in possessionibus ecclesie ipse vel sui in castellabunt de nouo. Nemora ecclesie ad muniendas ciuitates siue quecumque edificia construenda homines Lantgrauii succidere non debent nisi impetrata licentia ipsius Abbatis. Omnia damna Abbati et fratribus suis a Lantgrauo et suis illata a tempore, ex quo boemus hostis imperii conuersus est in fugam et nos Lantgrauum in nostram recipimus gratiam et treugas Lantgrauo et ipsum aliis seruire precepimus, que vel

ipse Abbas vel fratres sui sibi illata rationabiliter et iuste probare poterunt, ipse Lantgravius et sui aut secundum iustitiam, aut iuxta ipsius Abbatis gratiam plenarie debet restituere. Item Lantgravius osculo pacis Abbati in presentia nostra sincere reconciliatus omni rancori et inpetitioni, quam actenus contra ipsum Abbatem et eius ecclesiam habebat, renuntiavit, hoc duntaxat excepto, quod ea que Abbas vel sui tempore dictarum treugarum nostrarum Lantgravius vel suis abstulit, que ipse et sui sibi ablata rationabiliter probare poterit, restituet.

Testes huius rei sunt *Ebirhardus Salzbουργensis* Archiepiscopus, *Dithalmus Constan-tiensis* episcopus, *Conradus Ratisbonensis* Episcopus et regalis Aule Cancellarius, *Eggeb-ertus Babinbergensis* Episcopus, *Heinricus Abbas fuldensis* *Dithericus* Marchio *Misnensis*, *Sifridus* Comes de *Orlamunde*, *Fridericus* Comes de *Ziginhagen*, frater Lantgravius, *Adil-bertus* Comes de *Werningerod*, Comites fratres de *Swarzburc* *Heinricus* et *Guntherus*, *Lambertus* Comes de *Glichen*, Comes *Fridericus* de *Bichelingen*, *Ludewicus* Comes de *Zichinhagin*, *Gebehardus* burgravius de *Magdeburc*, *Adilbertus* de *Vrankiafsin* etc.

Actum apud *Nurinbere* Anno ab incarnatione Domini Mo. CCo. Vo. X. Kal. Junii indictione VIII.

vidit L. Voelkel.

XCVI.

Abbt Wolfradt v. Hersfeld vergleicht sich mit dem Kloster Anneberg über Güter zu Reimundshausen.

1209.

(ex Originali.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Wolveradus* dei gratia abbas et conventus ecclesie sancti Albani apud *Maguntiam*. Notum esse cupimus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris ad quorum manus presens scriptum pervenerit, quod cum aliquando inter ecclesiam nostram et sanctimonialia *Cenobii in Anenbere* super quibusdam bonis in terminis ville *Reimundshusen* sitis, et specialiter ad ecclesiam nostram *Wimar* jure proprietatis pertinentibus, que prepositus et Conventus *Cenobii* jam dicti contra justitiam sibi usurpaverant, lis verteretur adeo, quod per prepositum de *Wimar Christianum* nomine ipsa causa ad iudicium domini Apostolici fuisset deducta, tandem domino nostro Archiepiscopo *Sifrido* mediante; domino *Friderico* de *Cigenhagen* domino *Heinrico* de *Richenbach*, comitibus, domino *Hartdrado* de *Merebere seniori*, et aliis quampluribus tam liberis quam ministerialibus presentibus eadem controversia per transactionem tali tenore fuit decisa, ut videlicet Conventus sanctimonialium bona illa unde contentio fuit, jure teneat hereditario ab ecclesia in *Wimar* et annuatim in festo sancti Martini preposito loci illius XXX. solidos illius monete in censu exinde perfolvat. Quod si usque ad Natale domini idem census

preposito plenarie non fuerit perfolutus, bona sepe dicta ad ecclesiam nostram libererever-
tentur, actione seu contradictione qualicunque in posterum eis preclusa. Ad hec perpetua-
liter observandum esse sciendum est, ut quicumque fuerit prepositus in *Wimar* in cenobio
pretaxato stipendium et plenariam habere debet fraternitatem. Huius rei testes sunt *Gum-
bertus* prepositus de *Geismar*, *Ludovicus* plebanus de *Cassela* et *Ruopertus*, *Wideroldus* de
Wtenfere, *Wernherus* de *Brunwartzen*, *Karolus* de *Vilmar*, *Gerlachus Rintfraz*, *Conradus*
de *Barchen*, *Waltheimus parvus* et alii quamplures, Acta sunt anno dominice incarnatio-
nis. MCCVIII, Indictione XIII, Quarto KI, Novembris.

XCVII.

Abbt Henrich v. Hersfeld beurkundet, daß Graf Albert von Willolsbach den
Nonnen zu Aue einen Zehnten in Saaxen geschenkt habe.

1216.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis *Henricus herffeldensis Ecclesie Abbas*. Humane
fragilitatis conditio variis actionibus ac desideriis occupata, facta suorum temporum
scripto consuevit autentico commendare, ne lapsu temporis in obliuionem et alterationem
transeant inimicam. Notum igitur esse cupimus tam presentibus quam futuris. Quod
nobilis uir *Comes Albertus de Willolsbach* decimam quandam in *Saxin*, quam a nobis feodo
possidebat, dilectis nobis in Christo *Ekeharde* preposito et uenerabili Conuentui uirginum
Deo in *Augia* sacratarum, septem talentis venditam coadunata manu uxoris sue nobis mul-
tis astantibus resignauit, et eam conuentui memorato conferri, deuotissime postulauit. Ut
autem rata et inconuulsa nostra Collatio permaneret, Cyrographum hoc conscribi et sigilli
nostri munimine fecimus roborari. Testes sunt, *Hartmannus* decanus, et *Ludwicus* maior pre-
positus et *Ludwicus* Camerarius Domini Abbatis *Henricus* dapifer et *Giso* frater eius, *War-
mundus* de *Trubinbeche*.

Acta sunt hec Anno dominice incarnationis Millesimo CCo, XVI. Institutionis nostre
in Abbacia Herffeldensi Anno Secundo.

uidit L. Veelkel.

(L. S.)

pens:

Abbt Ludwig v. Hersfeld bezeugt, daß das Kloster Kreuzberg unter seinem Vorsah, Abbt Johann, von allen Vogteirechten, mit Einwilligung Vogt Berthochs v. Buchenau, befreit worden.

den 1. März 1217.

In nomine Patris et individue Trinitatis *Lodewicus* dei gratia *Herffeldensis Abbas*. Omnibus presentibus scriptum inspicientibus salutem in eo qui est salus omnium. Quoniam generatio transit et generatio aduenit nichilque permanent est sub Sole. Igitur ne ea que geruntur in tempore cum tempore delabantur, uoce testium et scripti patrocinio confirmantur. Notum igitur facimus universitati fidelium presentem paginam inspecturis factum domini *Johannis Abbatis* pie memorie predecessoris nostri videlicet de uilla que sita est sub monte Sancti *Johannis* qui dicitur *Crucebero* quam exemit ab omni iure aduocatorum accedente pleno consensu *Berthochi* aduocati de *Buchenouwe* ita quod predium Sancti *Johannis* in eadem uilla situm sub eadem libertate comprehendatur. Hoc solo excepto ut siquis hominum illius uille sic excefferit ut ad mortem debeat condemnari tale aduocato iudicium referatur: ita tamen ut ipse reus in predio domini prepositi Sancti *Johannis* sito in sepedicta uilla captiuus teneatur donec discuciat quid de ipso fuerit faciendum. Hiis consensum adhibuit supradictus aduocatus *B. de Buchenouwe* ut pro remedio anime sue et posterum suorum luminaria in monte Sancti *Johannis* habundantius ministrarentur. Exempta est etiam curia Sancti *Johannis* ab omni iure aduocatorum accedente consensu sepedicti domini *Johannis Abbatis* et sepe nominati *Berthochi* aduocati de *Buchenouwe* ita quod iste sit ambitus curie de ponte in *huna* sicut currit flumen usque *Benegarten*, de *Bengarten* usque in uallem iuxta superiorem uillam que dicitur *Loufe* de *Loufe* usque ad locum qui uulgariter dicitur *Zume Sande* de iam dicto loco usque ad locum qui dicitur *Fridelenroide* *Fridelenrote* usque ad pontem primo nominatum Hic totus ambitus immunitatis dicte Curie nuncupatur. Testes autem sunt hii *Hartmannus* Decanus Prepositus *Erckenbrechtus* ipsius montis de *Bobeneberc*, *Wigandus* monachus ibidem, *Nidungus* plebanus de *Huna* *Mangoldus* de *Crispenhusen* *Gerlacus* de *Hanahe* *Gerwicus* et *Sifridus* de *Hunahe*. Acta sunt hec Anno dominice incarnationis Mo. CCo. XVII. Kalend. Marcii. Hec itaque sicut per dominum *Johannem* rite sunt admitta et transacta ita et nos auctoritate Dei et nostra rationabiliter confirmamus et in perpetuo obseruari mandamus. Amen.

uidit L. Voelkel.

(L. S.)
pens:

XCIX.

Erzb. Siffried v. Mainz erlaubt dem Abbt Ludwig v. Hersfeld die Verlegung
des Nonnenklosters Owe oder Aue an einen andern Ort.

d. 5. Oct. 1218.

(ex Autogr.)

In nomine sancte et individue Trinitatis *Syfridus* dei gracia sancte *Maguntino* sedis *Archiepiscopus*. Omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis in salutis auctore Salutem. Cum a nobis petitur quod a rationis tramite non discordat tanto id benignius exaudire nos decet quanto maior pietas suffragatur precibus et honestas. Ea propter honorabilis amici nostri domini *Ludewici Hersfeldensis abbatis* affectui et desiderio inclinati auctoritate metropolitana dispensamus ut cum Cella Sanctimonialium in *Owe* qui locus immediate pertinet Ecclesie herffeldensi sit inchoata plantari nec ibi fuscipere ualeat incrementum intra Herffeldensis parrochie terminos disponente domino exinde profectura locetur propter quod idem Abbas prefatam parrochiam iure diocesani Archiepiscopi et fritslariensis prepositi saluo in omnibus permanente dicto fororum cetui ut diuinis liberius uacent obsequiis et Monasterium eorum citius in laudem domini consummetur laudabili caritate donauit Ut autem super transplantatione huiusmodi et collatione parrochie antedictae nullius in posterum serupulus cauillationis emergat, sicut nostri consulere prelati hec auctoritate nostra pariter indulgentia et consensu peracta esse dicimus eademque Scripti et sigilli nostri robore communi sub interminatione Anathematis inhibentes nequis huic dispensationi nostre presumat temere contraire. Quod si quis attemptauerit indignationem omnipotentis dei beatorum Petri et Pauli apostolorum eius sancti Martini et excommunicationis nostre sententiam se nouerit incursum. Testes sunt *Heinricus* prepositus *Boppelinus* decanus *Magister Heroldus* canonicus maioris ecclesie *Arnoldus* sancti *Gingulsi* prepositus *Gumpertus fritslariensis* et *Volquinus Durlonensis* prepositi *Witkindus* comes de *Bilstein* *Godefridus* de *Eppenstein*. Acta sunt hec. Anno Incarnacionis domini Mo. CCo. XVIII. III. Non. Octobr. Pontificatus nostri Anno Octauo decimo.

Not: vidit L. Voelkel.

(L. S.)

C.

Erzb. Siffred v. Mainz vermacht dem Kloster Hasungen, zu seiner Erholung v.
Kriegsschäden, den Rodzehuten in dem Busch Brickenhausen.

den 29. Dec. 1218.

(ex Orig.)

In Nomine sancte et Individue Trinitatis *Sifridus* Dei gratia sancte *Maguntin.* sedis *Archiepiscopus* omnibus eui presentis fidelibus et futuri. Salutem in auctore salutis. Quo-

tiens Ecclesiarum nostro regimini subjectarum tenuitatem conspicimus et pressuram ad succursum et solamen illarum tanto nobis convenit celerius intendere ac solertius meditari, quanto provisionis earum anime nostre sollicitudo intensior est injuncta. Ea propter dilectorum nobis in christo *Reinhardi* Abbatis et conventus *de Hafungen* precibus piis iustisq. desideriis inclinati eis affectione paterna duximus concedendum, ut ad vincendam inopiam, quam ex turbine guerrarum et tribulatione diversa patitur ecclesia pretaxata decimas percipiat novalium, si qua in arbutis *Vrikenhusen* ipsi cenobio jure fundi spectantibus nunc coluntur, vel sunt in posterum excolenda. Huic autem concessioni nostre ut cunctis sit temporibus valitura scripti nostri robur addidimus et sigilli sub interminatione anathematis, firmiter inhibemus, ne quis presumat eidem ausu temerario contraire. Quod si quis attemptaverit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, Beati Martini et excommunicationis nostre sententiam se noverit incursum. Testes sunt *Gumpertus* frislariensis prepositus. Magister *Obertus* Canonicus et Archipresbiter Maguntinus, *Heinricus de Cigenhagen*. *Witkindus de Bilslein* *Wernherus de Battenburg*. Comites. *Tirricus* vicedominus de *Rusleberg*. Datum et Actum *Fritslar*. Anno Incarnationis domini M. CC. XVIII. Quarto Kl. Januarii. Pontificatus nostri Anno Septimo decimo.

CI.

Lantgr. Ludwig spricht benannte Dörfer des Klosters See (de Lacu) von gewissen Zinsen frei.

1216 - 1226.

(ex Orig.)

L: dei gracia *Thuringie Lantgravius Saxonie comes palatinus* Uniuersis hoc scriptum intuentibus salutem. Quoniam ea que sunt in tempore labuntur cum tempore necesse est ea scripti memorie Commendari. Hinc est quod uniuersitati nostre per presens scriptum aperimus, quod nos ob amorem dei nec non sue sanctissime genitricis et virginis Marie villas has *Danne Sebach Rapoldis Herzzils Lacu sancte Marie* attinentes de quibus nobis annuatim dabantur VI. maldra Caseorum et duo maldra pise annuatim pro pabulo libera dimittimus ab hac et ab omni exactione. Testibus huius facti hic subnotatis: *Comes Burhardus de Brandenburc* *Rudolfus pincerna* *Hermannus Dapifer* *Cunradus de Hellingesleiben* *Gerhardus de Ellende* *Gotefridus de Konnre* *Gotefridus de Tennefette*. Et ut hoc factum nostrum inconuulsum permaneat; Sigilli nostri appensione comunimus.

vidit L. Voelkel.

(L. S.)
pens:

CII.

Pabst Honorius überträgt benannten Aebften die Visitation des Klosters Hersfeld.

d. 18. Febr. 1222.

(ex Autogr.)

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis de valle sancti Georgii et Volckelderoden cisterciensis ordinis et de Reinespronnensis Abbatibus Maguntine Diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Dilecto filio Abbate hirsfeldensis Monasterii accepimus intimante. quod cum dudum venerabili fratri nostro Magistro C. hildesemensis Episcopo tunc penitentiario nostro Voldensi electo tunc preposito et eorum college uisitationem ipsius Monasterii duxerimus committendam quia ipsi Episcopus et electus postmodum ad Altiora prouecti et collega ipsorum ad alium locum translatus ad monasterium ipsum a quo distant non modicum non possunt sine difficultate maxima et magna multitudine conuenire non immerito metuit dictus Abbas ne propter accessus eorum dictum Monasterium grauetur enormiter in expensis unde nobis humiliter supplicauit, ut super hoc paterna dignaremur sollicitudine prouidere. Nos igitur indemnitati Monasterii supradicti precauere uolentes discretioni vestre per apostolica Scripta mandamus, quatinus ad locum ipsum personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum eidem uisitationis officium impendatis corrigentes et reformantes ibidem tam in Capite quam in membris que secundum Deum et beati benedicti regulam correctionis et reformationis officio noveritis indigere. Contradictores per Censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo uestram ea nichilominus exequantur. Datum Lateran: XII. Kalend. Marcii pontificatus nostri Anno Sexto.

(L. S.)
pens:
Honorius
p. p. III.

Exemplar hoc cum autographo in omnibus verbis consentire testor

L. Voelkel.

CIII.

Landgraf Ludwig v. Thür. sichert den ehemals geschenehen Ankauf der Vogtei über die Güter des Klosters Frauensee, und übergiebt dieselbe, durch die Hände Aebt Ludwigs von Hersfeld, dem Kloster.

1222.

(ex Orig.)

Quoniam contractus mortalium uenit in obliuionem temporum antiquitate: Renocandus erat ad memoriam Instrumenti auctoritate per quod constare debet tam presentibus

quam futuris quod *Lvodewicus Thuringie Lantgravius patruus meus* iturus *Jerusalem* aduocaciam aree in *Lacu* et prediorum adiacentium redemit a *Bertoldo de Salzunghe* dato ei in restauro *Manfo* uno in *Hermenrot* Mortuo *Bertoldo* heredes eius usurpauerunt Sibi predictam aduocaciam sed ex instrumento *Hermannii patris mei* probauit prepositus *Helwinus* in presentia mea quod nichil iuris haberent in ea. Processu temporis mortuo *Reynardo* fratre *Heinrici* et ibidem sepulto conuenit idem prepositus cum *Henrico* quod acceptis quadraginta tribus marcis renuntiauit in manu mea aduocacie quam a me in beneficio habuit super *Bertanxf* et *Engelroth* in *Sebae* et *Tanne*. ego uero totaliter renuntiaui in eisdem terminis omni iuri meo et beneficio in manu *Lvodewici Abbatis Herffeldensis* et ille omnia predicta cum omni suo contulit ecclesie in *Lacu*. deinceps libere et quiete possidenda. Igitur nequis ausu themerario contra factum istud presumat uenire et ecclesiam illam temere inquietare: Bulle nostre impressione presentem cartam duximus roborandam. Acta uero sunt hec: Anno Mo. CC. XXII. Hiis testibus presentibus *Volperto* parrochiano *Langhesuet* *Ditmaro* monacho de *Beringhe* *Lvodewico* Comite de *Wartberg* *Burcardo* cognato eius *Lvodewico* de *Wanheim* *Rodolfo* pincerna *Lantgrauii* *Henrico* dapifero *holdernsi* et *Ghifone* fratre eius et aliis quam pluribus.

(L. S.)

pens:

vidit L. Voelkel.

CIV.

Abbt Ludwig v. Hersfeld schenkt dem Kloster Frauensee die Pfarrei Lupniz, im Eifnachischen.

1222.

(ex Orig.)

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis *Lodewicus* dei gratia *Herfseldensis ecclesie Abbas*. Notum esse uolumus omnibus tam presentis quam futuri temporis hominibus quod inter diuersas necessitates et uarios defectus quos dilecte sorores *sanctimoniales* in *Lacu* cum magno dispendio sustinerent. dilecto nostro *Elbvyo* eiusdem loci preposito nobis exponente nuncios earundem *sanctimonialium* ultra nemus in *Turingiam* ad comportandum annuam et alium censum transeuntes non habere locum ubi se comode et honeste reciperent uel sua secure reponerent eodemque preposito nobis deuote supplicauit quod propter deum talem dignaremur defectum decurtare nos. ad instantiam prepositi iam dicti de consilio familiarium nostrorum qui tunc nobiscum aderant parrochiam in *Lupenz* cum suis pertinentiis ad supplendum defectum predemonstratum *Cenobio Beate Marie* in *Lacu* integraliter et in perpetuum propter Deum contulimus. Ut igitur hec nostra donatio rata et incommulsa permaneat Sigillo nostro presentem Cartulam signauimus. Huius donationis Testes sunt: *Heinri-*

aus decanus Johannes maior prepositus. Wigandus prepositus montis sancti Johannis Ekhardus prepositus montis sancti Petri totus conuentus Hersfeldensis Henricus Burggravius Giso frater Burgrauii Ludewicus de Ywa Cunradus porcus et alii quamplures. Actum est Anno domini Mo. CCo. XXII. Institutionis nostre in Abbatiam Anno quinto.

Not: vidit L. Voelkel.

(L. S.)
pens.

CV.

Abbt Ludwig giebt dem neuen Kloster Merxhausen das Dorf Altmuthshausen, N. Homberg, tauschweis ein.

1225.

(ex antographo)

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Ludewicus dei gratia Abbas in Hersfelde. Quia dies hominis sicut fumus deficiunt. necesse est ut que nostris temporibus aguntur. saltem scriptorum ferie posteris nostris declarentur. Noverit igitur tam futurorum quam presentium dilectio. quod nos villam quandam in *Almudehusen*. cum omni integritate. in agris cultis et incultis. pratis. pascuis. silvis et aquis novellae plantationi in *Merkershusen* prope *Fritslariam* in honore beati Johannis baptistae fundatae. cum pleno consensu prelatorum ac fratrum nec non ministerialium nostrorum tradidimus. quedam alia bona. videlicet mansum in *Mezzehe*. quatuor mansos in *Maden*. duos mansos et dimidium in *Vorscuzze* titulo commutationis recipientes. ita tamen ut comes *Wikkerus* cuius consensu haec commutatio facta est. qui memoratae villae *Almudehusen* auctoritatem et possessionem. ab ecclesia nostra traxisse dinoscitur. quicquid in eadem villa juris habuerat. sive in advocatia seu possessione alia. in bonis pro restauro nobis assignatis. nullatenus amittat. Nam filiis nobilibus viri *Burkarti de Hohenberg*. *volkarto* et *Hartmanno* certo pretio conductis et juri quod eis in advocatia sepe dictae villae *Almudehusen* competebat abrenunciatis. comes *Wikkerus* idem jus advocatiae domino *H.* qui dicitur *Meisenbug* in mansis memoratis nomine feodi deputavit sane omni iure cessante quod idem comes *VV.* et *H. Meisenbug* in villa *Almudehusen* habuerant. Nos igitur prelibatae ordinationi et auctoritatem et assensum praebentes. a preposito et conventu in *Merkershusen* in recognitionem huius commutationis stabile promissum inviolabiliter observandum accepimus ut in honore beati *Wigberthi* patroni nostri antiphona et collecta ibidem cottidie decantetur. et in festo ipsius tres librae cereae *Hersfelt* transmittantur. ac specialis oratio pro nobis ac fratribus et sororibus nostris devote fundatur. nisi tanta sollempnitas occurrat. in qua talem commemorationem publice fieri non conveniat. Acta sunt haec anno ab incarnatione domini M. CCXXV. indictione VIII. Testes autem qui huic ordinationi intererant hii sunt. Johannes prepositus maior. Prepositus de *Laon*. Cellerarius *Hartmudus*. Cunratus Custos *fritslariensis* et *Laici*. *War-*

mundus. Erkinbertus. Henricus de Elmbach et cet. Hoc autem rationabiliter factum volentes inviolabile permanere et inconvulsam scripto nostro et sigilli nostri impressione munire decrevimus.

Sigill. pendul.

Not: vidit L. Voelkel.

CVI.

Abbt Ludwig v. Hersfeld verwilligt dem Kloster Kreuzberg den Ankauf des lehn-
baren Dorfs Damgast.

1226.

In nomine Sancte et individuae Trinitatis Amen *Ludewicus* dei gracia *hersueldensis* ecclesie *Abbas*. Ad omnem dubitationis scrupulum circa donacionem per nos factam prorsus eliminandum. Uniuersis Christi fidelibus tenore presentium dignum duximus declarandum quod prepositus et Conuentus in *Cruceberc* cum *Bertoldo* milite in *Hildeggerode* consensu unanimiti conuerunt comparantes ab ipso villam *Damgastes* integraliter cum omnibus pertinentiis suis videlicet agris cultis et incultis siluis pascuis pratibus aquis aquarumque decursibus quam idem miles a nobis et predecessoribus nostris pie recordacionis. titulo feodi receptam iuste possederat et quiete hanc idem nobis resignans absolute ecclesie *Crucebergensi* donari petiit, Super hoc etiam deuotam et instantem eiusdem Conuentus recepimus supplicationem. Iustis itaque partibus utriusque precibus inclinatis multamque predicti Conuentus honestatem attendentes et dilectionem prefatam villam cum omni integritate sepedicto monasterio in proprium donauimus Contractum huiusmodi sicut rite compactus est ratum per omnia habentes; ut autem prelibati negotii Concelebracio firma perpetuo perseueret et inconvulsa presentem paginam abinde conscriptam nostri appensione Sigilli et testium annotatione iussimus communiri quorum nomina sunt hec. In *Hersuelt*. *Johannes* maior prepositus *Elbe-
winus* Camerarius *Henricus* dapifer, *Giso* frater suus *Ludowicus* de *Iwa* In *Creimberg* *Siboto* de *Frankenstein* *Conradus* *Swinrudo*, *Arnoldus* comes et alii quamplures. Datum in *Hersuelt* anno incarnationis domini Mo. CCo. XXVI. Institutionis nostre Anno Decimo.

Not: vidit L. Voelkel.

(L. S.)

pens:

CVII.

Der päpstliche Legat erlaubt dem Abbt zu Hersfeld, sich von den Räubern seiner
Kirche vermittelst der Kirchenstrafen Genugthuung zu verschaffen.

sine dato.

C. Misericordie diuina *Portuensis* et Sancte *Rufine* Episcopo apostolice Sedis Legatus Dilecto in Christo *Abbati* in *Hersueld* salutem in Christo *Ihesu*. Ne per defectum

in iusticie bona ecclesie uestre deperire contingat cum non possitis de facili ad dioecesianos habere recursum. Vobis qui estis ecclesie romane filius specialis in hac parte prouidere volentes, vobis qua fungimur legationis auctoritate concedimus vt eos qui bona ecclesie uestre deuastrauerint incendiis vel rapinis siue ministeriales uestri fuerint vel vassalli *excepto Lantgrauio* et aliis principibus, ad satisfaciendum vobis et ecclesie vestrae diligenti amonitione premissa per Censuram ecclesiasticam compellatis. Datum *Hersfelde* V. Idus Octobris.

Not: vidit L. Voelkel.

(L. S.)

pens:

CVIII.

Witekinds v. Naumburg Zeugniß, daß die Nonnen zu Aue ehemals von seinem Vater Volkwin einige Güter in benannten Dörfern erkaufte.

sine dato.

(ex Orig.)

Ego *Witekindus* dictus de *Nuwinburk* Notum esse cupio omnibus Christi fidelibus hoc scriptum legentibus et audientibus bonae memoriae *Ecghardum* quondam prepositum ecclesie Sanctimonialium in *Oua* a dilecto patre nostro *Volkwino* quedam bona nostrae proprietatis comparasse in hiis locis et uillis: in *Millebach* in *Meinbolderod* in *Wendinrod* in *Breitenbach* et super hoc tam a me quam a bonae memoriae patre meo *Volkwino* cum Consensu *filiorum* et heredum *meorum* Scriptis et Sigillis nostris imperpetuum esse indultum. Huius facti testes sunt et alii quamplures, qui in scriptis nostris continentur.

Vidit L. Voelkel.

(L. S.)

pens.

CIX.

Erzb. Siffried bewilligt den Nonnen zu Owa od. Aue, die Kirche zu Sippershausen, unweit Homberg, an den Abbt Ludwig zu Hersfeld gegen die in Braach zu vertauschen.

den 10. März 1228.

(ex Orig.)

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis amen. *Sifridus* dei gracia sancte *maguntine* sedis Archiepiscopus Uniuerfis Christi fidelibus Hoc scriptum visuris salutem in Christo ihesu. Licet ex iniuncto nobis a deo facti pontificatus officio vniuerfis quidem ihesu Christi fidelibus secundum nostre modum possibilitatis et qualitatem discretionis prodesse teneamur Hiis

tamen curam debemus impendere precipuam qui Marthe posthabito labore Marie partem cognoscuntur optimam elegisse. Ea propter dilectissimi et precordialis amici nostri *Lodewici Abbatis herffeldensis* ecclesie iustis precibus inclinati ecclesiam in *Suigburgehufen* que ad hec tempora cum suis pertinentiis ad Supplementum dominarum in *Ovva* maguntine diocesis pleno iure tam in spiritualibus quam in temporalibus pertinere dinoscebatur cum ecclesia in *Bracha* cum suis pertinentiis maguntine diocesis pleno iure tam in spiritualibus quam in temporalibus ad Supplementum prebendarum memoratarum dominarum zelo ducte pietatis atque Caritatis dignum duximus permutare omni dato promissione atque additione omnino remotis priuilegio dato a venerabili domino nostro *Cunrado* quondam sancte Maguntine sedis Archiepiscopo et Sabinensi episcopo Apostolice sedis legato non obstante saluo in omnibus iure diocesani et Archidiaconi fritslariensis ecclesie qui pro tempore fuerit. Ne autem aliquis ausu temerario nostre ordinationi atque permutationi contraire presumat auctoritate presentis Scripti nostri Sigilli munimine roborari inhihemus. Si quis autem presumpserit indignationem dei omnipotentis et beatorum Apostolorum Petri et Pauli et Domini Gregorii pape Nomi et excommunicationis nostre sententiam se nonerit incurrisse. Testes huius rei sunt *Ecgehardus* decanus *Elbewinus* prepositus in *lacu Ditmarus* portenarius *Hermannus* hospitalarius herffeldensis, *Lutolfus* Scolasticus maioris ecclesie *Heinricus* prepositus *pinguensis Arnoldus* scolasticus sancti Petri maguntini. Laici *Sibodo* vir nobilis de *Frankenstein* *Heinricus* de *Oegenheim* *Cunradus* *Suinrude Arnoldus* de *Wilere* *Giso* de *herffelt*, *Sibodo* de *heringen* et alii quamplures vite commendabilis homines et inculpati testimonii. Acta sunt hec Anno gracie Mo. CC. XXVIII. Sexto Idus Martii Indictione prima pontificatus nostri anno XXVII.

Vidit L. Voelkel.

(L. S.)

pens.

CX.

Abbt Ludwig von Hersfeld verordnet, daß diejenigen, die sich zur Beförderung des Anbaues des neuen Klosters *Blanchenheim*, wohin die Nonnen zu *Owa* oder *Nue* verpflanzt werden sollen, zu einer jährlichen Abgabe verbunden, künftig, im Nothfall, ihren freien Unterhalt daselbst genießen sollen.

1229.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis amen. *Ludovicus* dei gratia *Hersfeldensis* ecclesie Abbas omnibus hanc paginam inspecturis salutem in Christo Ihesu. Quoniam ea que piis desideriis ad cultusque diuini ampliacionem siue propagacionem fieri dinoscuntur nulla in parte neganda sunt immo gratuito concedenda et assensu per omnia fauorabiliter profequenda.

quenda. Inde est quod ob instantiam et deuotionem dilecti nostri prepositi *Reinboldi* et Conuentus *sanctimonialium* in *Owa* nostre Auctoritatis conuenienciam adhibentes duximus conferendum qualiter uiri honorabiles tam clerici quam laici in terminis sinodalibus parrochie in *Bracha* constituti nouellam plantationem Cenobii in *Blankenheim* que ad usum inhabitandi prefato conuentui conditur Zelo caritatis pietatis amplectentes fidelemque sue promocionis operam adhibentes quandam fraternitatem ibidem concelebrauerunt in hoc uoto stabiliter et uniformiter conuenientes ut quilibet horum qui de consorcio huiusmodi fraternitatis extiterit, singulis annis quoad uixerit Sex denarios ad usum cenobii conferat prelibati Item apud eundem locum se tumulandos communiter elegerunt et uouerunt pro testamento cuiuslibet quinque solidos statuente animabus in hoc suis perpetuo prouidentem eo quod ipsorum ibidem iugiter memoria celebretur. Clericis siquidem qui huiusmodi pie ordinationis causae sunt principales et effectiue licet *proprium* premium percipiant sempiternum temporale tamen huiusmodi consolacionis beneficium nostra auctoritate statuimus impendendum ut si qui forsan ex debilitate corporis vel ex defectu rerum siue alia causa necessaria suis in locis subsistere nequeant et sic a suis domiciliis cedere compellantur apud memoratum monasterium tam in uictualibus quam in uestitura sustentacionem habeant competentem. eidem tamen loco prout eorum uires suppetant fideliter deseruientes. Ut autem constitucio prefata prudentum uirorum concepta Consilio stabilis et inconvulsa perpetuo perseueret hanc paginam ab inde conscriptam nostri Sigilli munimine duximus roborandam Datum in *Herswelt* anno Gracie Mo. CCo. XX. VIIIo. Testes sunt *Ekehardus* Decanus *Johannes* maior prepositus et totus Conuentus *Hersueldensis* *Daniel* plebanus in *Reingozhusen* decanus fraternitatis in *Blankenheim* *Heinricus* archipresbiter in *Bracha* *Ulricus* in *Herswelt* *Gotefridus* in *Heinebach* *Volperthus* in *Iwa* plebani.

Not: Vidit L. Voelkel. (L. S.)
pens.

CXI.

Landgr. Henrich v. Thüringen erläßt dem Kloster Frauensee (de Lacu) den
Zins, den er bisher von benannten Dörfern desselben zu ziehen hatte.

den 19. Febr. 1230.

Henicus Dei gratia *Thuringie* Lantgravius et *Saxonie* Comes *Palatinus* uniuersis hoc scriptum intuentibus salutem in Domino. Quoniam ea, que sunt in tempore, labuntur cum tempore necesse est ea scripto memorie commendare, per quod, si necesse fuerit, per noticiam succedentium valeant revocari. Hinc est, quod uniuersitati vestre per presens scriptum aperimus, quod nos ob amorem Dei nec non sue sanctissime genetricis et virginis *Marie* villas has *Tanne*, *Sebach*, *Raboldis*, *Hezilus*, *Lacui sancte Marie* attenentes, de quibus nobis annuatim dabantur sex maldra caseorum et duo maldra pise pro

pabulo, liberas dimittimus ab hac et ab omni alia exactione, et ut hoc factum nostrum inconuulsum perpetue permaneat, hanc paginam abinde conscriptam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Huius rei testes sunt: *Sophia, mater nostra, Conradus frater noster, Comes Burckhardus de Brandenpurg, Rudolfus pincerna, Bertholdus et Cunemundus dapifer, Conradus de Helingesleben, Gotfridus de Tennefete* et alii quam plures. Datum in *Isenach* Anno dominice Incarnationis Millefimo ducentesimo tricesimo. Indictione secunda XIII. Kalend Februarii.

CXII.

Das Nonnenkloster Heerse bewilligt dem Kloster Blankenheim gewisse lehubare Güter, unter der Bedingung, daß sie der Probst desselben von ihm zu Lehen nehme. *

1233.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Ego *Gertradis* dei gratia *herifensis ecclesie* *Abbatissa* omnibus presentium Scriptum inspicientibus salutem imperpetuum Quoniam quicquid in tempore geritur a memoria facile recedit, necesse est, ut ea que successu temporis ad obliuionis cecitatem properant scripturarum amiculo fulciantur. Notum igitur facimus uniuersitati fidelium tam futurorum quam presentium quod bona quedam que *Owa* uocantur uillicacioni in *Mekebach* ** adiacentia que dominus *Wigandus Marscalcus Herfeldensis* de manu nostra in feodo tenebat quia uillicacioni iam dicte non pertinebant tam Conuentus nostri quam ministerialium consilio. Cenobio in *Blankenheim* tali conditione porreximus ut talentum cere singulis annis in festo beati Galli ecclesie *Herifensis* persoluat et eadem bona ab *Abbatissa* post nos futuris iure feodali mediante persona prepositi eiusdem loci recipiat. Ne igitur hoc factum nostrum totius ecclesie nostre consilio ordinatum in posterum a memoria hominum laberetur et in irritum duceretur, pagina presentis scripti confirmantes perpetuauimus et Sigilli nostri impressione et testium subscriptione roborauimus. Quorum nomina sunt hec *Anna* preposita *Beatrix* decana *Sophia* custos *Beatrix* *Cunegunt* *Alheit* *Jutta* *Hildegart* canonice, *Richardus* *Helmungus* *Johannes* *Marchardus* *Henricus* *Bertoldus* sacerdotis *Albero* *Ludolfus* *Antonius* *Hartmannus* *Albertus* Laici et alii plures ministeriales et familiares ecclesie nostre Acta sunt Anno dominice incarnationis Mo. CCo. XXXo. III.

Not: vidit L. Voelkel. (L. S.)

* Bergl. Beil. LXI. XCI. CIX.

** Mekebach, ein Dorf in dem Hess. Cass. Amte Rotenburg.

CXIII.

Konrad der jüngere, Landgr. v. Thüringen, verwilligt dem Kloster Cappel, benannte Güter verpachten zu können, und befreiet dieselbe, als unter seiner Jurisdiction gelegen, von einigen Abgaben.

den 26. Febr. 1233.

(ex Orig.)

C. Dei gratia junior Thuringie Lantgravius cunctis hanc paginam inspecturis salutem in vero salutari. Quum ea que geruntur in tempore procedente tempore sepe a memoria elabuntur, necesse est ut que sunt in tempore scripto et sigillorum munimine et voce testium perennari. Qua propter significamus ei que nunc est et que ventura est generationi, quod dominus prepositus et conventus in Capella propter inopiam rerum et fratrum defectum quibusdam curtibus suis ad plenum providere nequeunt in agricultura, ita ut fructum laboris sui percipiant. Unde dominus prepositus et conventus in Capella communicato consilio decreverunt, predium in *Lumensfelt* cum attinentiis et villam in *Snegelbiz* cum suis attinentiis, que libere usq. ad hanc horam possederunt, locare agricolis secularibus eo jure quod dicitur *Waltret*. Verum quia prefata bona in nostra jurisdictione sunt locata, memoratus prepositus et conventus in capella super his exsequendis nostrum humiliter exposulavit assensum. Nos vero ipsorum inclinati devotioni petitionem eorum exaudientes presentem cedulam conscribi et sigilli nostri inpressione fecimus communiri statuantes ut eadem bona et eorum cultores ab pertinente comece sint exempti et ab omni exactione liberi excepto novem denariis et quartali avene quod in nostri prefatis denariis et avena. nullus villicorum nostrorum in bonis jam sepius dictis vel eorum cultoribus plus extorq. provincie que dicitur *Lantvolga* tenebuntur, cetera omnia in prefatis bonis dominus prepositus et conventus in Capella in sua volunt et utilitate. Si quis autem hanc nostram donationem ausu temerario turbare conatus fuerit vel infringere sciat se a nostra gratia rationis alienari. Datum in *Hohenberc* anno gratie M. CC. XXXIII. V. Kl. Martii. Testes, *Gumpertus* prepositus de *Frislar*. *Folpertus* et *Menricus* canonici ejusdem ecclesie. *Adelpertus* scriptor noster. Laici vero *Fridericus*, *Wolfere* de *Triworde*. *Echehardus* de *Sebeche*. *Ludewicus* de *Cruceberg*. *Godefridus* de *Helingesleiben*. *Cunradus* de *Berleibisfn*. *Arnoldus* dapifer. *Eberhardus* villicus de *Hohenberc* et alii quamplures.

CXIV.

Die Gräfflichen Brüder Gottfried und Berthold von Ziegenhain verwilligen dem
Kloster Cappel den Ankauf lehnbarer Güter in Knechtbach.

1233.

(ex Orig.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. *Godefridus et Bertoldus fratres comites dicti de Cygenhagen* cunctis fidelibus Christi in perpetuum. Quicquid a viris ydoneis rite perfecteque perficitur, ne a malivolis et iniquis destruatut aut pereat laudabili merito notule vel scripti testimonio roboratur. Hinc est quod tam natis quam nascituris utriusque sexus hominibus innotescimus dominum *Heinricum* venerabilem in Christo *Cappellensis ecclesie prepositum* à *Conrado de Romershufen* consentientibus univèrsis suis coheredibus quicquid proprietatis habebat in *Knechtbach* videlicet quartam partem eiusdem ville cum omnibus attinentiis pro sex talentis domino deo beatoq. *Johanni baptiste* famulantibus ibidem emptorie comparasse. Igitur nos precibus vendentis inclinati confirmantes emptionem supra fatam notule sigilliq. nostri munimine roboramus. Acta coram nobis *Cygenhagen*. Anno dominice Incarnationis M. CC. XXXIII. Indictione VI. Testes aderant dominus *Heinricus de Octershufen*. *Conradus de Winterseid*. *Rodegerus Offe*. *Bruno de Turri*. *Wigandus Vraz*. *Gyso de Screkesbach*. *Lodewicus de Romershufen*. *Bruno Bucforge* et alii quamplures. Feliciter Amen.

(Sigil.
Godefr.)

CXV.

Schiedsrichterlicher Spruch über eine Meierei in Sipperhausen, worüber zwischen dem Kloster Johannisberg bei Hersfeld, und Ritter Dietrich von
Mosheim Streit war *.

den 13. Dec. 1234.

(ex Orig.)

Ego *Ludewicus* dei gratia *Abbas Herffeldensis*, *Ekehardus* prepositus *Sancti Petri Ulricus* parrochianus *Herffeldensis* *Sifridus* parrochianus in *Milsungen* et *Wigandus* *Marschalcus* in *Creinberg*. Scire cupimus univèrsos ad quos presens Scriptum pervenerit, quod venerabilis uir *Conradus* prepositus montis *Sancti Johannis* prope *Hersfeld* ex vna parte.

* Decanus Scolasticus et Cantor *Sancti Petri Mogontie* Iudices a Domino Archiepiscopo *Mogunt.* delegati bestätigen diesen Spruch unterm 20. Dec. des nemlichen Jahrs.

Dithericus miles de Mazheim, sui que heredes ex altera, monitu iudicium et consilio honestorum super uillicatione in *Svipurgehusin* cum suis pertinentiis de quibus lis uertabatur inter ipsos in nos arbitros unanimiter consenserunt fide firmando ut quicquid in eadem causa arbitraremur quod hoc firmiter fideliter et sine conditione qualibet uel cuiuslibet deberent obseruare Nos uero inuocato dei consilio et auxilio in Arbitrio taliter concordauimus uidelicet quod ipse *Dithericus* sui que filii et heredes uniuersi uillicationi in *Svipurgehusin* cum suis pertinentiis in qua tamen nichil iuris habebatur et omni inpense si quam pro eadem et ubicunque et apud quemcunque fecissent et omni dampno si quod ex eadem sustinuissent qualitercunque et omni iure quod pro ipsis faceret uel facere uideretur cum priuilegiis super hac qua quantumcunque uel a quocunque consecit simpliciter et absolute sine dolo pro se suis que heredibus renunciarentur et ipsa priuilegia etiam preposito ad confringendum assignarent et faterentur ubicunque et quantumcunque prepositus exigeret se in predictis bonis nichil iuris habere uel etiam habuisse et quod idem *D.* solueret preposito de presenti anno messis uidelicet proxime preterite X quartalia tritici X, ordeis XXXa. siliginis XL. Auene II. pise et II. talenta et quedam etiam iure uectigalia sicut ante preposito pertinerent absolute Ipse autem prepositus de gratia et honestate sua eandem uillicationem cum presenti et uacanti eidem emolumento *Rentwico* iuniori duntaxat filio iam dicti *D.* ipso *D.* et aliis filiis suis et ceteris heredibus et coheredibus singulorum presentibus et futuris generaliter omnibus exclusis et sub certa pensione cuius Summa hec est X. quartalia tritici X. ordeis XXX. siliginis XLa. Auene II. pise et III. talenta denariorum concedere deberet inter festum Sancti Martini et natiuitatis domini integraliter persoluenae et insuper iura uectigalia preposito absolute pertinerent nullum tamen ius hereditatis uel perpetuitatis uel feodi eidem *R.* uel suis heredibus faciendo et si aliquod genus predictae Annone pensionalis per intemperiam aeris uel alio sinistro euentu perierit ipse *R.* per habundantiam aliorum fructuum secundum estimationem eorum qui defecerunt restauraret hoc adiecto ut si in tempore prefinito totalem pensionem integraliter non soluerit coram Domino Abbate *Herfeldensi* qui pro tempore esset moueretur pensionem non esse solutam per quem si infra cursum VI. Septimanarum terminum prefixum continue subsequencium ad totalem solutionem sine alia ad componendum cum preposito non induceretur quod ipsa uillicatio libera esset, et absoluta et sine conditione qualibet et cuiuslibet, ipso iure ad ecclesiam sancti *Johannis* reuerteretur. et sepe dictus *R.* ad pensionis solutionem prenotate scilicet nichilominus teneretur integram et post VIII. dies continue VI. septimanarum pretaetas subsequentes idem *R.* ipso facto esset excommunicatus et Decanus Scolasticus et Cantor sancti *Petri Moguntini* iudices a domino Archiepiscopo *Moguntino* in hac causa delegati iurisdictione executionis ipsorum de consensu *R.* parcium perpetua ipsam *R.* publice denunciari facerent et tam diu per sententiam excommunicationis coarctarent quousque pensionem predictam integraliter persolueret et si idem *R.* uel alii si qui quod absit contra prepositum et ecclesiam suam insurgerent simili censura predicti iudices ipsos artarent quousque ab omni uexatione iam dicte ecclesie conquiescerent. Quicquid autem prepositus de subactis et alienatis eiusdem uillicationis ex sua industria labore et expensis recuperaret hoc nulli alii quam preposito et Ecclesie sue absolute

pertineret et prepositus in suum et Ecclesie sue proprium libere uendicaret et quod idem prepositus expensis factis in lite et neglectis annorum preteritorum renunciare qua forma nostri arbitrii sollempniter publicata et partibus in eandem consentientibus et in se recipientibus et omnem ordinacionem nostram arbitralem adimplentibus iniunximus eisdem hec uniuersa arbitrii nostri statuta sub fide data firmiter obseruari singula iudicibus prenomiatis quorum iuridicio executionis predictorum de consensu partium est perpetuata demandantes Qui aciam hanc nostram ordinacionem arbitralem ratam habentes et ipsam sua auctoritate confirmantes eciam sigillis suis appensis roborauerunt. In cuius rei euidentiam presentem paginam sigillis decreuimus roborari. Ego Wigandus Marschalcus de Creinberg quia proprium sigillum non habeo in sigillum domini nostri Ludewici abbatis herfeldensis consensu et confencio. Testes Simon monachus herfeldensis Cunradus Henricus Ekehardus Volpertus monachi Sancti Johannis Cozoldus plebanus in Huna Volgerus plebanus Sancti Mariani Henricus baregrauus Herfeldensis Cerhardus scultetus in Haddenbach Item Gerhardus in Landeken Sifridus preco in huna et alii quamplures tam clerici quam laici Acta sunt hec Anno domini Mo. CCo. XXXo. IIIto. Idus Decembris.

vidit L. Voelkel. (L. S.) (L. S.) (L. S.)
pens. pens. pens.

CXVI.

Landgraf Henrich von Thüringen kauft der Nebbtiffin Gertraud von Quedlinburg ihre Güter und Patronate in der Marc Duderstadt um benannte Summen ab*.

d. 30. Jun. 1236.

* Erath in Cod. Diplom. Quedlinburg. N. LXXI. S. 162. hat diese Urkunde, wie er sagt, aus einer copia authentica abdrucken lassen. Ich habe eine, aus dem Originalgenommene Abschrift davon in Händen, und theile daraus, weil die Urkunde wichtig ist, einige Lesarten mit.

Erath S. 163. 3. 9 statt Farila — sieß Vargila.

— — statt Bernhardi Dapiferi de Sclathem — sieß Berthoi dapiferi de Slatthem.

— 20 statt Marschalcus de Eckersberg — sieß Heinricus Marschalcus de Ebersberg.

— — statt — — de Hernalene — sieß Johannes de Heruersleben.

— 21 statt — — non fuerit — sieß paritum non fuerit.

— 28 statt Brichowe — — sieß Britowe.

Ich übergehe bloße Verschiedenheiten der Schreibart.

CXVII.

Burckard v. Quersfurt trägt der Abtei Hersfeld einige Hufen in Borchstorf, tauschweise gegen andre in Osterhusen, zu Lehen auf.

d. 1. April 1238.

Ego Burchardus de Querenvorde significatam esse volo Christi fidelibus universis tam presentibus quam futuris quod Sycheinensis ecclesia emit a Theodolfo milite de Mannesvelt tercium dimidium mansum in minori Osterhusen cum areis et aliis attinentiis suis pro sexaginta et septem marcis de consensu meo simul et assensu, quia dictum tercium dimidium mansum idem theodolfus a me tenebat in feodo. et ego eundem tertium dimidium mansum in feodo tenueram quia proprietas hersveldensi ecclesie attinebat. Pro eorundem duorum mansorum et dimidii recompensatione tres alios mansos proprietatis mee in Borchstorp cum areis et aliis attinentiis suis hersveldensi ecclesie in restaurum assignavi quos tres mansos ab hersveldense abbate in Feodo recepi. quorum proprietas hersveldensi ecclesie de cetero dinoscitur attinere. mee proprietatis supradictorum duorum mansorum et dimidii in minori Osterhusen. quorum proprietatem hersveldensis ecclesia liberam et absolutam dimisit ecclesie Sycheinensi. Ut igitur dicta commutatio posteris innotescat et debita firmitate nitatur eandem feci et presenti scripto et mei sigilli appensione communiri. Huius facti testes sunt Wernherus archipresbyter de Querenvorde Alvericus prior de Mannesvelt. Rodolfus miles de Vrakenleve. Theodolfus miles de Mannesvelt Rantwicus miles de Bennendorp. Herewicus miles de Middelhusen. Johannes dicti Theodolfi filius de Mannesvelt. Fridericus miles de Scapowe. Datum anno gratie MCCXXXVIII. Kal. Aprilis indictione undecima.

(Sig. pend.)

Not: vidit L. Voelkel.

CXVIII.

Burckard, Probst zu Feizlar, beurfundet, daß Graf Ludwig v. Schauenburg und Albert von Waldenstein, dem Kloster Meyrhausen den halben Zehnten zu Wagenhausen geschenkt haben.

d. 27. März 1237.

Burchardus Dei gratia Prepositus Fritislariensis Ecclesia universis Christi fidelibus, quibus presens pagina oblata fuerit salutem in eo qui est omnium vera salus. Tenore presentium cunctis volumus fieri manifestum, quod Comes Ludewicus de Scowenburg et Albertus domicellus de Waldenstein divino tacti amore medietatem decime in Wagenhusen, que pertinebat eisdem, Alberto preposito de Merkeshusen et ecclesie sue pure et absolute

tradiderunt coram nobis. Actum anno gratie MGCXXXVII. VI. Kal. April. in curia prepositi Heiligenstadenfis. Presentes erant Henricus cantor Fritflariensis. Magister Ludolfus, Tidericus de Appolte. Cunradus et Tidericus fratres de Elbene. Wernherus de Ultershusen. Hermannus de Blumenstein. Beruo. Godeschalcus de Glichen.

CXIX.

Abbt Ludwig v. Hersfeld beurfundet, daß Gerlach v. Haselstein das lehnbare Dorf Badelachen mit feiner Verwilligung, dem Kloster Kreuzberg gefchenkt habe.

d. 26. Sept. 1239.

Ludewicus dei gratia Hersfeldensis ecclesie Abbas Omnibus presens scriptum intuentibus. Nouerint vniuersi presentes ac futuri quod Gerlacus et Methildis de Hasilstein villam que Badelachen dicitur cum suis attinentiis quam a nobis in feodo tenebant ad manus nostras libere resignantes humiliter et deuote petiuerunt ut pro nostris et ipsorum sepeditam villam peccatis ecclesie nostre in Crucebero conferremus Nos vero predicti G. et M. uxoris sue precibus inclinati sepeditam villam Badelachen cum omnibus sibi attinentibus ecclesie nostre in Cruceberg ob honorem Dei et gloriose virginis matris sue contulimus et apropiavimus perpetuo et sine omni contradictione ac libere possidendam vt autem hoc nostrum factum rite et rationabiliter ordinatum a nullo valeat immutari aut reuocari sed ut firmum et stabile permaneat presentem paginam Sigillo nostro dignum duximus roborandam. Testes huius rei sunt Ekehardus decanus et Ekehardus maior prepositus in Hersfelt Rukerus de Mansbach Bertohus plebanus de Hildegerrode Ludewicus plebanus de Owela Wolkerus notarius et alii Multi. Acta sunt hec Anno domini Mo. CCo. XXXoIXo. Indictione XII. VI. Kalend. Octobris.

(L. S.) Not: vidit L. Voelkel.
pens:

CXX.

Abbt Ludwig v. Hersfeld giebt von einigen Erwerbungen des Klosters Frauensee Nachricht.

1239.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Ludewicus dei gratia Hersfeldensis ecclesie Abbas. Omnibus hanc paginam inspecturis salutem in domino Sollerf modernorum circumscriptio facta temporum suorum scripto consuevit commendare ne ex longeva temporum deuolutione a memoria succedentium elapsa in obliuionem siue altercationem transeant inimi

inimicam sane ad notitiam uniuersorum cupimus peruenire quod cum *Berthochus* miles de *Beringen* ministerialis ecclesie nostre filiam suam *Gertrudem* sub religione monastica apud Conuentum sanctimonialium in *Lacy*. collocaret: ob amorem dei nec non perpetue virginis genitricis sue et in remissionem peccaminum suorum quosdam curtis et agros quosdam in *Beringen*. que a nobis iusto feodi titulo possedit, nobis libere et absolute accedente omnium heredum suorum consensu resignauit omni iuri quod in eisdem bonis habere debebat plene renuntiauit et ea dicto conuentui in *Lacy* dari supplicauit proprie et perpetuo possidenda. Item uniuersos scire cupimus quod *Reinboldus* prepositus de *Lacy* mansum unum in *Relehes* ab *Adelberto Luffone* milite et eius sorore et liberis eiusdem proprium eorum pro V. marcis et dimidia comparauit. Item *Heinricus* ministerialis noster de *Bercha* in Articulo mortis constitutus pro remedio anime sue aream unam in predicta uilla quam a nobis in feodo tenuit eidem monasterio contulit. preterea Aream proximam predictae aree quam premissus *Heinricus* miles sanctimonialibus in *Blankenheim* contulerat, prepositus predicti loci *Hermannus Reinboldo* predicto preposito de *Lacy* pro dimidia marca uendidit. Item *Eckebertus* ministerialis noster aream unam in *Gozbrachtiroth* quam a nobis in feodo habebat sepedictus *R.* prepositus pro V. fertonibus comparauit. Item *Eckehardus* miles de *Wartberc* in presentia nostra in *Creinberc* constitutus prouidit uiris et discretis mediantibus partem nemoris qui dicitur *hollenberc* uersus occidentem proprium suum sepedicto preposito de *Lacy* uendidit pro VII. marcis et ad manus nostras tradidit premissam filiam ut supradicto monasterio appropriaremus et mansum unum in *Relehes* quem a nobis in feodo habebat supplicante et procurante *Bernoldo* ciue de *Yfinache* qui eundem mansum ratione feodi tenuit ad manus predicti *E.* militis cum omni iure resignauit que scilicet bona sepedictus *E.* miles de consensu heredum suorum integraliter resignans prefato Conuentui conferri supplicauit. Nos uero iustus et pius sepelati *E.* militis et *B.* prelibati ciuis precibus inclinati cum filia eiusdem *B. hildegunde* ibidem oblata, memorata bona et premissam filiam cum omni iure et usu sepedicto monasterio et Conuentui in *Lacy* appropriauimus. Nos igitur huius donationes, emptiones uenditiones ratas habentes sicut rite et racionabiliter sunt ordinate sic auctoritate nostra confirmamus, et ne ea que sunt in tempore labantur cum tempore presentis scriptum sigillis nostro et Ecclesie nostre duximus roborandum. Acta sunt hec *Creinberc* Anno dominice incarnationis Mo. CCXXXIX. huius rei Testes sunt *Siboto de Frankenstein Wigandus* Marscalcus *Siboto de Heringen Adelbertus Eckehardus* filii *Erkenberti de Lengisuel* *Dittericus Godefridus*. *Swinrude* Castellani in *Creinberc Bertoldus de Willebrechtiroth*. *Sifridus de Esinbach Rvikerus de Mannefbach Hartmannus de Tunge* *Berthohus* miles et *Berthohus* peregrinus et *Reinhardus* filius *Ditmari* militis de *Beringen Arnoldus* miles de *Hohenroth* et alii quam plures Clerici et Laici.

(L. S.)

pens:

Not: vidit L. Voelkel.

(L. S.)

pens:

CXXI.

Der römische König Konrad weist das Kapitel zu Hersfeld, und die Vasallen dieser Kirche an, dem neuerwählten und von ihm befehnten Abbt Werner treu und gehorsam zu seyn.

d. 15. Jan. 1240.

(ex Orig.)

Conradus diuini Augusti Imperatoris Friderici filius dei gracia Romanorum in Regem Electus semper Augustus et heres regni Ierosolimitani. Capitulo Ministerialibus, iudicialibus Ciuibus et hominibus *hersfeldensis* ecclesie uniuersis, presentibus literas inspecturis. Fidelibus Imperii. Graciam suam et omne bonum. Nouerit uniuersitas uestra quod nos *Wernerum* venerabilem *Electum hersfeldensis ecclesie* presentatum nobis sub testimonio S. uenerabilis *Archiepiscopi Maguntini* sacri Imperii per Germaniam Archicancellarii dilecti principis et procuratoris nomine benigne recepimus et eo quod licuit de sua canonica et unanimitate electione regalium inuestituram ei porreximus iuxta morem assumentes ipsum et ecclesiam eandem cum personis et rebus que nunc tenet, aut in futurum iustis modis poterit adipisci, sub nostre et Imperii defensionis presidium speciale. Quare ipsam electum et principem nostrum ac suam ecclesiam sub nostri fauoris gracia remittentes auctoritate paterna et propria mandamus uobis et precipimus quatenus ipsi super uniuersis rationibus et iuribus *Hersfeldensis ecclesie* deuote et concorditer intendatis assistentes ei tamquam domino et abbati vestro ad honorem Imperii contra quoslibet ecclesie inuasores, ut gracia celsitudinis nostre quam ipsi gerimus uobis suo interuentu debeat fauoris nostri ampliora premia reportare. Datum apud *Hagenoue* XV. Januarii XIII. Indictione (Anno domini Mo. CCo. XL.) *.

Daß diese Abschrift mit dem Originale völlig gleichlautend sey, bezeuge ich.
Cassel den 19. Sept. 1798.

L. Bölfel.

CXXII.

Abbt Werner v. Hersfeld giebt den ihm von den Grafen Gottfried und Berthold v. Zieg. aufgesetzten Zehnten in Wiera an das Kloster Haina.

1240.

(e Cod. Mpto Sec. XIII.)

Wernerus dei gracia *Abbas Hersfeldensis ecclesie*. Uniuersis ad quos presens littera pervenerit Salutem in Xpo. Quia iuxta verbum sapientis generatio preterit et ge-

* Die einschvirten Worte sind von einer andern Hand beigeschrieben.

neratio advenit contingit frequenter in rebus humanis illud propheticum, quod novis supervenientibus vetera projiciuntur, maxime si robur auctoritatis videantur non habentia. Presentium igitur testimonio volumus innotescere, quod *Godefridus* et *Bertoldus* fratres, *Comites de Zegenhagen* decimam in *Wiraha*, quam de nobis habuerunt in feodo, *Ekehardus* miles dictus *Kuppelin* ab ipsis jure feudali tenuit eandem. De qua decima prefatus *E.* petivit ab ipsis Comitibus, ut à se resignatam acciperent et acceptam nobis resignarent, ita videlicet, ut eadem decima monasterio in *Aulesburg* ordinis *Cyberciensis* donaretur jure perpetuo possidenda Terciam partem ville, que *Omefa* appellatur et terciam partem decimo ejusdem ville, quam titulo proprietatis jure possederat, redonans ecclesie nostre pro restituro decime memorate. Nos igitur ipsum restaurum pro decima recipientes et decimam relinquentes, donavimus eandem prefato monasterio *Aulisburg* possidendam jure proprietatis in perpetuum. Ne igitur quod a nobis rationabiliter factum est, sicut prediximus veritate negligatur, presentem cartam sigilli nostri decrevimus auctoritate roborari, locis et temporibus, personis ac testibus eidem diligenter insertis. Actum in *Hersfeldia* Anno domini *MCCXL*. Huius rei testes sunt *Ekehardus* major prepositus *Ekehardus* major Decanus. *Symon* hospitalarius, monachi *Hersfeldenses*. *Olricus* plebanus ibidem. frater *Wernherus* quondam comes in *Battinberg*. *Henricus* burgravius. *Giso* frater ejus *Ludewicus de Hattinbach* et plures.

CXXIII.

Abbt Conrad v. Fulda sagt den Grafen Gottfried und Berthold von Zieg. die Hälfte der künftigen Kinder seines Vasallen, Conrads v. Marburg, unter der Bedingung zu, daß sie dessen Frau der Lehen ihres Mannes sähig erklären.

17. Dec. 1240.

(ex Orig.)

Cunradus dei gratia *Fuldensis* ecclesie Abbas, *Dheodericus* decanus totusque *Conventus* ibidem Nobilibus viris *Gotfrido* et *Bertoldo* comitibus in *Cygenhain* salutem in eo qui oravit ad patrem. Ut ea que in tempore geruntur processu temporis illibata servantur benevolentiam nostram et factum litteris presentibus duximus roborandum, ne ex oblivione posteris prejudicium oriatur. Inde est quare ad noticiam vestram cupimus pervenire, cum *Cunradus* junior dictus *de Marpure*, fidelis vester, *Kunigundim* de *Reilshusen* fidelem ecclesie nostre sibi matrimonio legitimo copulasset ad instantiam et petitionem *Rudolfi* dilecti notarii nostri et pro commodo matrone premissa medietatem liberorum suorum quos per eundem *Cunradum* dominò dante generabit, communicato consilio *conventus* nostri vobis damus sub tali

condicione et gratia ut dicta femina abilitetur ad feoda mariti sui prefati. Et ut vos tam nostros quam vestros pueros pretaxatos si generati fuerint eqvanimenter manutenere et foveri debeatis. In cujus rei testimonium presentem litteram ex hoc contractu confectam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum *Fulde* incarnationis domini. Anno MCCXL. XVI. Kl. Januarii. coram his testibus *Gerlaco* preposito sancte Marie. *Lodewico* capellano de *Salekken*: *Rudolfo* et *Eberhardo* notariis *Symone* de *Slitese*. *Heinrico* de *Hune* *Friderico* de *Wartenberc* et aliis quam pluribus.

CXXIV.

Graf *Berthold* von *Nidda* (v. *Ziegenhain*) freiet die *Antoniter* Güter in *Kin-
geshausen*.

1242.

(ex Orig.)

In nomine sancte Trinitatis. Ne presentis etatis negotia consumat oblivio litterarum solent iudiciis eternari. Universos presens scriptum intuentes volo non ignorare, quod ego *Bertoldus* dictus *Comes de Nitteho* * omnibus sancti Antonii bonis in *Rinningshusen* stis ab omnibus exactionibus exemptis, quibus actenus tenebantur respondere, divine retributionis intuitu absolutam contuli libertatem. Et ne hoc factum a meis heredibus nullis calumniis possit irritari presentem paginam mei sigilli decrevi munimine roborari. Testes hujus facti sunt *Burchardus* Comes *Frizlariensis* prepositus *Comes Gezmarus*. *Comes Rudolfus*. *Cuno* miles de *Rumirshusen*. *Lodevicus* de *Wettirshheim*. *Heinricus* miles de *Langete*. *Cunradus* miles dictus *Masi*. *Hermannus* de *Rinningeshusen*. *Fridericus* de *Udenhusen*. *Adolfus* de *Rodeheim* et quamplures alii. Datum *Nitteho* anno domini M. CC. XLII.

CXXV.

Henrich von *Heldbrungen*, Vogt des Klosters *Gellingen*, schenkt diesem Kloster seinen Antheil an dortigem Wald.

d. 28. Dec. 1243.

(ex Orig.)

In Nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Noscat tam modernorum quam futurorum fidelium industria. Quemadmodum Ego *Henricus* de *Helderungen* aduocatus ecclesie

* In einem andern Original der nemlichen Urkunde wird dieser *Berthold* *Comes de Ziegenhain* genannt; es heißt auf dem Siegel der Urkunde so. *Kuchenbeker*, der die Urkunde fannte, läßt sie daher diesen *Berthold*, in *Anal. Hass. Coll. IV. p. 400*, als Graf zu *Ziegenhain* und *Nidda* ausstellen.

Gellingensis. Cogitans tam pro mea quam parentum meorum animarum saluacione. hortatu dilecte coniugis mee *Lutgardis.* quicquid ego et filii mei iuris in filiis predictae ecclesie habuimus a nostro iure et dominio propriis manibus in eiusdem loci prepositi *Alberti* compatriis mei suorumque successorum tradidimus potestatem quatenus exinde dampnum quod dilectus pater meus ornatum auferendo intulit ecclesie restauremus et fratribus in claustro deo seruientibus. semper in anniuersario fratris mei *Otonis.* cuius ossa ibidem quiescunt. consolacio marca comparata iugiter inpendatur. Insuper ut mea meeque coniugis *Lutgardis* memoria. et aui mei *Heinrici.* nec non et patris mei *Hartmanni* in Missis in vigiliis et ceteris horis fideliter agatur. et fratribus dicta consolacio marca comparata iugiter inpendatur. Ut autem hoc a nullo unquam dinelli postmodum possit. sigillo meo et testibus qui interfuerunt hanc litteram feci roborari. Huius rei testes sunt. Comes *Heinricus* de *Stalbero* *Ditericus* de *Helderungen.* *Heinricus* et *Egilolfus* milites de *Bendeleyben.* *Albertus* senior *Nenceman.* *Gerboto* miles agnomine filius - *Karolus* miles de *reinhardisdorf* - *Remboto* miles de *Sloben* - *Hartmannus* - *Hermannus* et *Syboto* milites de *Gellingen* - *Ditericus* de *Andisleyben.* *Bertoldus* filius *Heinrici* militis de *Bendeleyben.* Et alii quam plures. Acta sunt hec. Anno domini Mo. CCXLIII. Indictione IIIa. V. Kalendas Januarii.

(L. S.)

Die Uebereinstimmung mit dem Originale bezeuge ich
Cassel den 27. Sept. 1798.

pens:

L. Böcker.

CXXVI.

Witekind Edler Herr v. Raumburg entsagt gegen das Kloster Blankenheims
seinen Ansprüchen auf benannte Güter.

d. 8. Sept. 1244.

(ex Orig.)

In Nomine Sancte et indiuidue trinitatis. *Witekindus* nobilis uir de *Nuwenburo* una cum uxore sua *Osanna.* Notum esse uolumus cunctis ad quos presens scriptum peruenerit quod nos consentiente filio nostro *Uolcwino* una cum aliis pueris nostris quos tunc procreaueramus liti cessimus quam mouere ceperamus cum *Hermann* preposito Sanctimonialium in *Blankenheim* quod Monasterium translatum fuit de loco qui dicitur *Owa* super bonis sitis in hiis locis *Giesenrot,* *Stainrot,* *Meinholderot,* *Wendelrot,* *Breitenbach,* *Millebach* renunciauimus itaque iuri quod habuimus uel quod habere uidebamur una cum pueris nostris in bonis superius memoratis bona eadem Monasterio in *Blankenheim* libere relinquentes. Et ut hoc factum nostrum a nobis et cunctis heredibus nostris inconcussum et stabile perseveret presens scriptum. Sigilli nostri appensione fecimus roborari. Huius rei testes sunt. *Henricus* Decanus, *Henricus* cantor *Henricus* Camerarius *Volpertus* de *Ameneburo* *Kunradus* *Craz* de *Bomeneburg,* Magister *Lutolfus* et Magister *Otho* Canonici frislarienses *Herman-*

nus de Helbene et alii quam plures. Acta sunt hec apud frislariam Anno domini Mo. CCo, XL. III. VI. Idus septembris.

Not: vidit L. Voelkel, (L. S.)
pens:

CXXVII.

Graf Herman v. Orlamünd übergiebt der Abtei Hersfeld Güter in Werningshausen, unweit Ohrdruf, die er von ihr, und die Grafen von Gleichen wieder von ihm, zu Lehen hatten.

1246.

(ex Orig.)

In nomine sancte et individue trinitatis Ego Hermannus Comes de Orlamunde vniuersis presentem litteram inspecturis salutem in salutis auctore. Nouerint vniuersi presentes ac post futuri, quod cum lis et controuersia mota fuisset inter venerabilem dominum meum Wernherum abbatem herffeldensem ex vna parte et nobilem uirum Comitem Ernestum de Gleichen consanguineum meum ex altera super... mansit litis in Wericheshusen quos predecessor ipsius bone memorie Ludewicus Abbas eiusdem monasterii comparauerat questione predicta tandem inter ipsos sopita, Idem Comes Ernestus et Henricus frater eius consanguinei mei qui eadem bona iure feudali de manu mea tenebant omni iuri et actioni quod ipsis in predictis bonis competeat renunciantes petiuerunt a me quod ius quod in prelibatis bonis michi competere uidebatur predicto monasterio ipsorum obsequi ac deuotionis intuitu liberaliter tradere uellem. Ego itaque considerans quod prenominato monasterio teneor ad antidota cum hec et multa alia iure feudali possideam a monasterio memorato petitioni prenominatorum consanguineorum meorum liberaliter annuens diuine remunerationis intuitu nec non et pro dilectione et reuerentia prenominati venerabilis domini Abbatis et conuentus Herffeldensis omni iuri quod in pretaxatis bonis michi competeat ex toto et integraliter renuncio Ut igitur hoc meum factum et dilectorum consanguineorum meorum ratum permaneat in posterum et inconcussum, presentem litteram exinde conscriptam meo sigillo et prenominatorum consanguineorum meorum sigillis ad perpetuam rei memoriam dignum duxi roborandam Testes huius facti sunt Otto Wolf Henricus de Priuel, Henricus de Kale-Guntherus de Eichilburnen Ludewicus uir nobilis de Frankenstein Henricus de Volkericheshusen - Otto de Wechmar Ludewicus frater eius. Slavcho Rudegorus quondam aduocatus in Arnstete Waltmannus de Winterstein - Johannes villicus de Gebele et alii quamplures Acta sunt hec apud Wintherstein Anno Domini Mo. CCo. quadragesimo Vito.

(L. S.)

pens:

(L. S.)

pens:

(L. S.)

pens:

Die Uebereinstimmung vorstehender Abschrift mit dem Originale bezeuget
Cassel den 10. Oct. 1798.

L. Voelkel.

CXXVIII.

Des Pabst Innocentius Vorschrift für den Abbt v. Hersfeld, wie er sich gegen einige frevelhafte Mönche zu verhalten habe.

d. 3. Oct. 1245.

(ex Orig.)

InnoCentius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio *Abbati de Hersfeld* ordinis sancti Benedicti Maguntine diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis tua petitio continebat, quod nonnulli Monasterii tui Monachi et conuerfi pro uolenta iniectioe manuum in se ipsos et quidam pro detentione proprii alii etiam pro negata tibi et predecefforibus tuis obedientia seu conspirationis offensa in excommunicationis laqueam inciderunt quorum monachorum quidam susceperunt ordines et diuina celebrarunt officia sic ligati Quare super hiis eorum prouideri saluti a nobis humiliter postulasti. De tua igitur circumspectione plenam in domino fiduciam optinentes presentium tibi auctoritate concedimus ut eisdem excommunicatos absoluas hac uice ab huiusmodi excommunicationum sententiis iuxta formam Ecclesie vice nostra et iniungas eis quod de iure fuerit iniungendum prouiso quod iniectores manuum quorum fuerit grauis et enormis excessus mittas ad sedem apostolicam absoluendos. Cum illis autem qui absolutionis beneficio non optento iuris ignari uel immemores facti receperunt ordines et diuina officia celebrarunt in iuncta ipsis pro modo culpe penitentia competenti et ea peracta liceat tibi de misericordia que super exaltat iudicio prout eorum saluti expedire uideris dispensare. Si uero prefati excommunicati scienter non tamen in contemptum clauium talia presumpserunt eis per biennium ab ordinum executione suspensis et imposita ipsis penitentia saluari eos postmodum si fuerint bone conuersationis et uite ad gratiam dispensationis admittas. proprium autem si quod habent dicti monachi et Conuersi facias in tuis manibus resignari in utilitatem ipsius Monasterii conuertendum. Datum *Lugduni* V. Non: Octobris pontificatus nostri Anno tertio.

Not: vidit L. Voelkel.

(L. S.)
pens.
Innocentius
p. p. III.

CXXIX.

Die Landgräfin Sophia v. Thüringen freiet den Antonitern zu Grünberg ihre Güter in Oberquefborn, und setzt sie in Ansehung des Beholzungsrechts den dortigen Burgmännern gleich.

d. 20. Oct. 1248.

(ex Orig.)

Sophia dei gratia *Lantgravia Thuringie et Domina Hassie*, omnibus presens uisuris, salutem et omne bonum. Noverint uniuersi et singuli, quod nos, bona sancti Antonii

in superiori Quekborne jacentia, ab omni impetitione, nostrorum Schultetorum sive aliorum nostrorum nuntiorum, quocunque nomine censeantur, libera plane, cum omni jure liberali, dimittimus ac soluta Insuper concedimus *Fratribus Sancti Anthonii* in nostra Civitate *Gronenberg* commorantibus, quatinus, ut ipsi de lignis secandis, ubicunque locorum fruuntur ea libertate, qua milites Castellani, et Scabini civitatis predictae, fruuntur. Et hoc presentibus litteris recognoscimus et protestamur. Hujus vero rei testes sunt, honorabilis Comes *Bertoldus de Cigenhagen*. Milites, *Wideroldus, Milchelingus de Nordekke, Johannes Guldene* et alii quamplures. Datum in *Gronenberg* XIII Kalendas Novembris. Anno domini Millefimo Ducentesimo Quadragesimo Octavo.

CXXX.

Beatrix König Heinrichs Raspo Wittve schenkt dem Kloster Blanckenheim Güter in Hergershausen, Amt Rotenburg.

d. 6. April 12 . .

Beatrice dei gratia Relicta Domini H. quondam Romanorum Regis. Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in salutis auctore Cum per equitatem canonicam declaretur quod diuturnitas temporis peccatum non minuit sed augmentat Inde est quod cum veraciter nobis claruerit quod pie recordacionis maritus noster bona quedam non iusto titulo tenuerit videlicet novalia quedam sita in *Hergershusen* que integre et liberaliter remisimus et siquod in eis iuris habere uidebamur, contulimus Monasterio sanctimonialium in *Blanckenheim* et deo famulantibus in eodem Et ut hoc factum nostrum inuolabiliter teneatur presens scriptum Sigillo nostro fecimus roborari, huius rei testes sunt: *Harderadus* et filius suus *Heinricus Volpertus de Bibera Helwicus Marscalcus Ludewicus villicus* qui dicitur *Hovemann*. Datum *Warperc* VIII. Idus Aprilis.

Not: vidit L. Voelkel.

CXXXI.

Der Landgräfin Sophia Protectionsbrief für den teutschen Orden in Marburg.

d. 1. Mai 1249.

Sophia quondam Ducissa Brabantie ac Lotharingie, Domina Thuringie et Hassie universis presentem paginam auditoris in omnium salvatore salutem. Revoluta sepius ante mentis nostre oculos devotione, quam venerabiles fratres domus Teutonice Matris nostre beate *Elisabeth* semper exhibuerunt et exhibent, tanto nos ipsos teneri propensius recognoscimus, quanto

quanto eorundem puritatem fidei cognovimus, ita quod nullo in tempore hoc, ut dignum est, a nostra memoria elabatur; Recommendatum itaque habentes totum ordinem iam dictorum fratrum, sed specialiter domum et locum in *Marpurg*, ubi mater nostra feliciter requiescit, tam fratros, quam domum ipsam in nostram protectionem recepimus, fideles nostros generaliter singulos et singulariter universos rogantes attentius et volentes, quatenus eosdem fratres et locum ipsum una nobiscum omni favore amplecti studeant et affectu, quibus quidquid amoris, honoris et commodi impenderit, totum nobis reputamus utique id impensum. Donationes etiam omnes a matre nostra beata *Elisabeth* et felicitis memorie *Henrico* et *Conrado*, patris nostris, nec non *Hermann* fratre nostro, praefatis fratribus factas et domui, quas ipsi fratres in possessione libera habuerunt, ratas semper habuimus et habemus, sigilli nostri munimine presentem inde conscriptam paginam roborantes. Testes autem sunt hi, *Waltherus* Capellanus noster, *Henricus* Burggrafus de *Areberg*, *Sifridus* Comes de *Wittigenstein*, *Gerhardus* de *Wildenberg*, *Conradus* de *Elbene*, frater *Ludovicus* de *Nuremberg*.

Datum in *Marpurg* anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, Kalend. Maji Indictione sexta.

(3. P.)
CXXXII.

Die Landgräfin Sophia v. Thüringen spricht einige Güter des Klosters Cappel von der Herbstbede frei.

1249.

(ex Orig.)

Sophia dei gratia Landgravia Thuringie domina Hassie et quondam Ducissa Brabantis Tenore presentium protestamur et notum esse volumus universis ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos in remedium anime nostre nec non predecessorum nostrorum ad petitionem venerabilis viri *Giselberti* abbatis et totius conventus in *capella Vokihusin* et *Bunenhusin* ab omni petitione et exactione, quod dicitur *Herbstbede* eximentes speciali gratia -- deservire concedimus et solute. Inhibentes firmiter ne quis sculthetorum nostrorum aliqua -- -- bona, preter nostrum mandatum speciale presumat exactionem vel pensionem vel aliquid -- -- inferre vel extorquere. Et ut hoc factum nostrum rationabile firmum maneat et inconvulsam presentem literam dedimus eisdem sigilli nostri munimine roboratam. Testes hujus rei sunt *Bertoldus* de *Cigenhagen*, -- -- *Wideroldus* de *Nordecke* *Johannes aureus* de *Grunenbere*. *Ditmarus* plebanus de *Homberg*. *Eberhardus* -- ni ejuſdem civitatis et alii quamplures fide digni. Acta sunt hec Anno gratie M. CCX. LIX. VIII. Kl. ...

* *Bunenhusen* ist vielleicht *Benhausen* Amt *Rotenburg*; *Vokihusen* mag wohl jezo unter einem veränderten Namen verborgen seyn.

CXXXIII.

König Wilhelm ertheilt und bestätigt der Stadt Hersfeld die Freiheiten und Gebräuche anderer Städte des Reichs.

d. 5. Dec. 1249.

*W*ilhelmus dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus. Sculteto Ceterisque Confu-
libus Hersfeldensis Ciuitatis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Volentes
ciuitatibus Imperii Consuetudines honestas et inra illibata seruari Auctoritate regia uobis
duximus indulgendum quod possitis inter vos gaudere statutis honestis ita quod consuetudi-
nes inter vos habite et honeste non debeant ab aliquo infirmari immo libertatem aliarum
Ciuittatum vobis legitime confirmamus. Nulli igitur hominum liceat hanc paginam confir-
macionis nostre infringere uel ausu temerario contraire. Datum apud *Wenden* Non: De-
cembris Anno domini Mo. CCo. XLVIII. Indictione VIII.

vidit L. Voelkel.

(L. S.)

pens:

CXXXIV.

Graf Gottfried von Reichenbach giebt einem Fechtmeister eine Hube Landes unter
der Bedingung zu lehen, daß er in seiner Kunst keinen Gegner des Grafen
unterrichte.

d. 27. Nov. 1250.

G. dei gracia comes de *Reichenbac* universis ad quos presens scriptum pervenerit salutem in
actore salutis. Quia litterarum custodia rerum acta perpetuat et sopitam penitus re-
falscit memoriam. Hinc est quod rem gestam stilo scribarum committere necessarium opi-
namur. Noverint universi ad quos presens scriptum pervenerit, nos magistro *Reinboldo*
pugili et uxori sue quendam mansum situm in *Geversstorp* in feodo contulisse, ac adjecta
conditione, ut nunquam aliquem artem suam instruat, qui contra nos vel nostram familiam
sit pugnaturus. Hujus rei testes sunt C. miles de *Hewelde*. H. miles de *Castorp*. *Gundra-*
nus miles de *Morsen*. H. plebanus de *Hewelde*. Acta sunt hec in *Walkenberc* anno domini
M. C. C. quinquagesimo quinto Kl. Decembris. Insuper est adjectum, quod omni tempore
eum sui necesse habuerimus, nobis se paratum debet exhibere.

CXXXV.

Abbt Werner von Hersfeld versichert, auf Bitten Gr. Gottfrieds v. Reichenbach,
die Lehen, die er von Hersfeld getragen hatte, dessen Stammvatter Gr.
Berthold von Ziegenhain, und seinen Lehenserben,

d. 25. Apr. 1251. *

(ex Orig.)

Wernherus dei gratia Herfeldensis Ecclesie Abbas. Tenore presentium recognoscimus et protestamur, quod communicato consilio nostrorum familiarium ad instanciam et multiplices petitiones Comitis Godefridi dicti de Reichenbach feoda que ab Ecclesia nostra et nobis habet immediate. Nobili viro et consanguineo nostro Comiti Bertholdo de Ziegenhain et suis feodorum heredibus contulimus post mortem dicti Comitis Godefridi cessura. Hujus rei testes sunt Theodericus prepositus montis sancti Petri apud Hersvelt. Comes Sifridus de Wildgensten frater Wernherus quondam Comes in Battenberg. Giso frater quondam prefecti nostri. Conradus de Ushusen. Data apud Hersvelt anno domini MCCL. primo in die beati Marci Evangeliste.

CXXXVI.

Helfrich, Castellan in Rotenburg, schenkt dem Kloster Blankenheim das Dorf
Dens, Amt Sontra, und mehrere Güter in benannten Orten.

d. 30. Jul. 1252.

(ex Orig.)

Helfricus Castellanus in Rotenberc Uniuersis presens scriptum inspecturis salutem in eo qui omnium est salus. Ne labantur cum tempore que sunt in tempore decet et expedit ea per scripta memorie commendare. Hinc est quod notum esse volumus vniuersis, quod nos villam Tenfe cum patronatu ecclesie ipsius ville aliisque attinenciis pro salute anime Heinrici filii nostri Ecclesie in Blankenheim contulimus sub hac forma quod prepositus predictae Ecclesie in anniuersario iam dicti filii nostri dominabus X. solidos soluat annuatim reliqua vero ad vsus Cenobii distribuuntur. Item bona nostra in Solza sita ob salutem Bertoldi filii nostri iure eodem contulimus. Item Allodium in Lisperdehusen pro testamento Hermanni filii nostri simili iure contulimus preterea prepositus de bonis predictis singulis dominabus I. solidum ad Calciamenta ministrabit. Item III. mansos in Brunenhusen sitos pro salute anime domine Elizabet uxoris nostre ipso iure contulimus Item contulimus ipsi ecclesie I. Mansum in Mekelar ad luminaria. Item contulimus ad infirmariam

* Ich habe in dem B. II. Urkdb. S. 359 Not. * einen Auszug dieser Urk. durch ein Versehen unters J. 1251. gesetzt, da er unter das J. 1251. gehört hätte.

dominarum V. solidos quos soluet prepositus de *Owa* in *Mekebach* Item pro salute anime nostre XIII. bona que dicuntur *Lehen* in *Hergerehusen* sita contulimus cenobio memorato. Huius rei testes sunt: *Hartricus Conradus de Bobebessen Hermanus burggravius* milites. *Bruno* sacerdos in *Ellenbach* et alii quamplures. Ut autem hoc factum nostrum firmum permaneat presentem paginam Sigillo nostro corroboravimus. Acta sunt haec Anno gratie Mo. CCo. LII. III. Kal. Augusti.

Not: vidit L. Voelkel.

(L. S.)
pens:

CXXXVII.

Der päpstliche Legat Hugo bestätigt die von der Herzogin Sophia von Brabant dem Kloster Kalderu geschehene Schenkung des Patronats der Kirche in Kalderu.

d. 13. Nov. 1251. *

(ex Orig.)

Frater Hugo misericordie divina t. t. Sancte Sabine presbyter Cardinalis, Apostolice sedis legatus. Dilectis in Christo Abbati et conventui Monasterii de Calderen Cisterciensis Ordinis, Maguntine dioc. salutem in domino. Supplicationibus vestris eo libentius exauditionis gratiam exhibemus, quo eos favore conspiciamus digniores. Ex parte siquidem vestra nobis extitit intimatum, quod Nobilis Mulier Sophia, Ducissa Brabancie, jus patronatus, quod in ecclesia de Calderen Maguntine dioc. obtinebat cum pertinentiis suis vobis et per vos Monasterio vestro pia et provida deliberacione donavit, prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri. Nos igitur vestris et ipsius nobilis precibus inclinati donacionem eandem, sicut pie ac sine pravitate facta extitit, ratam habentes et gratam, illam auctoritate presencium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Colen Idus Novembris pontificis domini Innocencii pape III. anno nono.

* Die Urkunde hat kein Jahrsdatum, ist aber im neunten Jahr des Pabst Innocenz IV. ausgestellt, welches, da Innocenz d. 25. Jun. 1243. erwählt worden, ins J. 1251. fällt.

CXXXVIII.

Conrad. v. Elben, Stellvertreter des Landgrafen, Fürsten zu Hessen, in der Vogtei Hasungen, beurkundet, daß Herman von Blumenstein dem Kloster Hasungen drei Hufen Lands in Lutwarßen verkauft habe.

1252.

(ex Orig.)

Conradus dictus de Elvene et universitas civium in *Wolshagen* presentem paginam inspecturis salutem in auctore salutis. Universitati subsequenti tenore presentis scripti significamus, quod *Hermannus* dictus de *Blumenstein*, homo libere condicionis, tres manfos sitos in villa *Lutwarßen**, quos ipse jure proprietatis quiete possedit, venerabili domino *Brunoni* abbati et conventui in *Hasungin* cum omnibus suis appendiciis pro viginti novem marcis denariorum vendidit et eos memorate ecclesie nobis presentibus nullo contradicente jure proprietatis delegavit. Ego etiam *C. dictus de Elvene* in advocatia prefate ecclesie vicem gerens ex parte *Lantgravii, principis Hasste* supradicta bona in tuitionem ipsius suscipere non obmisi. Ne igitur super eo in posterum ullus contentionis scrupulus criatur, presentem paginam Sigillo meo et bulla civitatis in *Wolshagen* decrevi munimine roborare. Huius rei testes sunt *C. de Elbene. Florentius plebanus. Johannes et Ekkehardus de Helffenberc fratres. Gumpertus de Hohenvels. Hermannus filius C. de Elbene. Ludewicus de Tuern. Warmundus. Heinricus et Thidericus fratres de Blumenstein, patruelus sepediti Hermanni de Blumenstein. Ludewicus scultetus nec non scabini civitatis in Wolshagen Thidericus Buote. Rupertus et alii* quamplures. Acta sunt hec anno domini *M. CC. LII.*

CXXXIX.

Pabst Innocentius IV. erlaubt dem Kloster Hersfeld, wegen erlittener großer Kriegsschäden, die Kirche in Gebesee, unweit Weiffensee, sammt der Martinscapelle in Eisenach, zu ihrem Nutzen zu verwenden.

d. 12. Dec. 1253.

Innoentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterii *Herffeldensis* ordinis Sancti Benedicti Maguntine diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Debitores ad beneficentiam singulis iuxta suarum necessitatum exigentiam quantum cum deo possumus existentes ad ecclesias et personas ecclesiasticas quarum est urgens necessitas eo specialiori solertia et compassionis affectu tenemur intendere quo digniores

* Lutwarssen mag daß ausgegangne Dörfchen Lützwarde seyn, wovon ich B. II. S. 376. Not. g. geredet.

favore se reddunt in laudis diuine frequentia jugi deuotionis studio persistentes. Sane uestra nobis petitione exhibita supplicastis, ut uestri attendentes Monasterii inopiam euidentem ac graua rerum dispendia, que ex guerris continuis in confinio ipso durantibus fere usque ad exinanitionem extremam miserabiliter pertulistis ad releuationem huiusmodi uestri status, quam et uestre sustentacionis et fabricæ monasterii ipsius exposcit necessitas Ecclesiam in *Geuese* Maguntine diocesis et *Capellam Sancti Martini* extra muros apud *Andernacum* Treuirensis diocesis in quibus ius habere noscimini patronatus uestris concedere uobis dignaremur. Nos itaque uestre deuotionis precibus prout secundum Deum et absque iniuriæ alieni preiudicio possumus satisfacere in fauorem ordinis et religionis cupientes. Vobis ut ad uacantem in posterum antedictam ecclesiam et Capellam presentantes aliquos uiros ydoneos clericos seculares loci archidiacono inuestiendos dono Altaris et cura animarum ecclesie ac Capelle memorate. Ipsisque taliter inuestitis congruam deputantes reddituum ipsius ecclesie nec non Capelle portionem ad opus suarum sustentationum et hospitalitatis ut decet: ac iusuper ad Dyocesani Archidiaconi ac Decani loci quorum iura non ledi sed salua per omnia eis esse uolumus onera subeunda. Uos si quid extiterit residuum de eisdem redditibus uestri monasterii uobis perpetuo applicetis de gracia speciali sedis apostolice duximus concedendum. Non obstantibus aliquibus litteris a sede apostolica uel ipsius Legatis impetratis seu etiam impetrandis per quas huiusmodi concessio ualeat impediri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre Concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Lateran: II. Idus Decembris Pontificatus nostri anno vndecimo.

Not: vidit L. Voelkel.

(L. S.)
Innocentius
p. p. III.

CXL.

Udelheid von Beldersheim beredet sich mit dem Kloster St. Georgs zu Franzenberg einer wechselseitigen Vergebung der Capelle zu Beldersheim.

1254.

*A*lheidhis dicta de Beltersberge. Noverint uniuersi, quod ecclesia montis sancti Georgii apud Frankenberch et ego sub tali forma convenimus, quod post discessum domini Th. sacerdotis nunc possidentis capellam in *Beltersberge* prepositus ecclesie cum consensu meo vel heredum meorum predictam capellam apud sacerdotem secularem cuiquam placuerit locabit. Post decessum vero illius persone ego vel heredes mei vice versa cum consensu ecclesie prefatam capellam locabo. Et sic deinceps secundum mutationem personarum ecclesia primo, postea ego vel heredes mei in ordine locabunt eandem. Ne vero hec in poste-

rum à successoribus meis adnichilentur, sed rata permaneant prefens scriptum cum sigillo domini *Wi.* comitis de *Battenburch* trado ecclesie roboratum. Hujus rei testes sunt dominus *Gerlacus* de *Biedenvelt*, dns. *Rode* de *Helfenborch*, dns. *H. de Linne*, milites et alii quamplures. Acta sunt hec anno domini M. CC. LIIII.

CXLI.

Die Brüder Albert und Ludwig v. Rumrod beurkunden einen von den Provisoren des Klosters Cappel errichteten Pachtcontract.

1256.

(ex Orig.)

Albertus et Ludewicus fratres dicti de *Rumerode* omnibus ad quos prefens scriptum pervenerit salutem in domino. Noveritis quod provisores *capellensis Monasterii* *Conradus* de *Tuzenrode*, et *Henricus* cellerarius sub censu annuo unius tal. et VIII. sol. qui dicitur *Wisunge* et maldri caseorum bona sua sita in *Hole* *Heinrico* filio *Honegeri* ad annos XVI. locaverunt, pro eisdem bonis per omnia responsuro de negligentis si quis forte dubius casus reddere poterit ipsis sive aliis provisoribus eidem loco in posterum deputatis. Abrenunciavit autem idem *H.* exactioni ammotionis fratris sui, qua ipsos inculpavit cum liberis et uxore. Si vero *H.* sepe dictus de medio sublatus fuerit, uxor sua ad terminum annorum suorum non frustrabitur jure suo. Finitis autem annis redibit ad ipsos locatio bonorum suorum liberaliter omni vexatione extorsionis sive promissionis sive edificiorum, qua ipsos posset impetere amputata. Hec igitur ut utrisq. maneant incorrupta uno sigillorum nostrorum sufficienter roborata. Hec autem acta sunt anno domini M. CC. LVI. presentibus domino *Heinrico* plebano in *Yringeshusen*. *Eberwino* centurione. *Wigando* Iurista. *Conrado* *Knebelin* et aliis multis. Item quod villanis in *Hole*, qui *Wincous* biberunt, vulgare jus quod *lantfidelineth* dicitur, faciet per omnia ad annos XVI. provisoribus ecclesie memorate.

CXLII.

Graf Reimbolds von Solms-Königsberg Recognition eines von der Landgräfin Sophia erhaltenen Burglehens.

den 30. Jun. 1257.

Universis Christi fidelibus scriptum prefens visuris *Comes Reiboldus* de *Cuningesbere* salutem et cognoscere veritatem. Quoniam labilis hominum memoria et vita brevis, ne factis hominum noverari possit oblivio, ea litterarum serie solent et testimonio robo-

rari. Hinc est quod tenore presentium recognoscimus et protestamur, quod nos illustri principi Domine nostre *Sophiæ filie beate Elizabeth, Lantgravie Thuringie, Domine Hassie, quondam Ducisse Brabantie*, et filio suo, pro centum marchis, quos nobis se daturam promisit, homagium fecimus corporale. Ita etiam quod proinde castrensis eius perpetuus feodaliter existamus. Pro quibus centum marchis predicta Domina nostra decem talenta de moneta sua in *Marpurc* singulis annis recipienda nobis assignavit, donec predicta pecunia nobis ex integro persolvatur. Cum vero prenotate pecuniæ summam nobis persolverit, nos de proprietate nostra ex ista parte *Zalsbode* versus *Marpurc* ei vel filio suo assignabimus tanta bona que singulis annis decem talenta possint valere, que nos ab ipsa et suis successoribus in feodo modo tenebimus supradicto. Insuper quotienscunque a Domina nostra vel suis requisiti fuerimus, omnes munitiones nostras ei contra quoslibet eius adversarios tenebimur aperire, et ei pro posse nostro et viribus contra quoscunque prestare subsidium corporale, omni iure quod verus et fidelis castrensis vero suo Domino servire consuevit. Ut autem hoc firmum et ratum permaneat, presens ei scriptum dedimus subscriptione testium et sigilli nostri munimine roboratum. Huic facto interfuerunt viri nobiles *Gerhardus* dictus de *Wildenberg*, Comes *Sifridus* de *Wedegenstein* et alii milites videlicet *Melquellingus* de *Nordege*, *Johannes Aureus* et *Meigotus aureus* fratres.

Datum anno Domini MCCLVII. pridie Kalendas Julii. *

CXLIH.

Sophia Herzogin v. Brabant erlaubt dem Hospital in Marburg, so lange sie sich nicht daselbst aufhält, die Fischerei in einem gewissen District der Lahn **.

den 1. Jun. 1257.

(ex Copia.)

Sophia Dei gratia *Ducissa Brabantie* universis presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Cum opus pietatis sit inopie pauperum subvenire, ut proinde premia consequi possimus eterna, et etiam hys, qui esurientibus et infirmis suas largiuntur eleemosinas, in extremo examine, veritate testante, dicatur; venite benedicti patris, esurivi et dedistis mihi manducare. Nos eandem mercedem sperantes unâ cum fidelibus Christi et cupientes adipisci, *piscariam nostram in Logna apud Marpurc*, de molendino quod dicitur molendinum *Elwini* et de ejus retinaculo, et subretinaculo usq. ad molendinum super pontem *Lapideum* situm in decursu ejusdem aque, *infirmis hospitalis in Marpurc* in remedium anime nostre nec non antecessorum nostrorum, medio tempore, dum ibi presentes non

* Das anhängende Sigillum equestre hat die Umschrift: S. REINOLDI COMITIS IN SOLMESE.

** Acta die Grysische Erben contra Landcommenthur von Hoerde in pto Fischerey auf der Lahn 1619.

non sumus, assignamus deserviendum. Inhibentes firmiter, ne quis preter piscatores predictorum infirmorum in ea piscari presumat. In cuius rei testimonium presentem paginam dedimus eisdem sigilli nostri robore communitam. Datum *Rode* Anno Dei M. CC. LVII. Kal. Junii, octava Indictionis.

CXLIV.

Heinrich v. Frankenstein übergiebt dem Kloster Kreuzberg die Vogtei über Thalhausen, N. Rotenburg, und einige Wachsziinsen.

1257.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Cvm humana memoria fragilis sit et infirma bonum est et utile ut ea quorum obliuio dampnum potest generare litterarum testimonio perhennentur. Nouerint igitur presentes et futuri quod nos *Heinricus de Frankenstein* ob dilectionem et specialem fauorem ab Ecclesia in *Crucebere* nobis exhibitam in qua filia nostra recepta etiam et locata habito consilio patris nostri nobilis domini *Ludewici* et pari consensu Ius aduocatie quod habuimus in villa *Talhufin* Insuper decem talenta cere que nobis de *Rapoldis* et de *Drakenhuve* soluebantur pure renuntiamus et ecclesie in *Crucebere* prelibato proprietatis titulo libere conferimus et solute, ad huius igitur Confirmationem facti presentem litteram Sigillo patris nostri *Lvdewici* et nostro Sigillo duximus roborandam. Testes huius facti nostri sunt: *Reinhardus de Salzungen* *Rupertus* et *Conradus fratres de Willebretherode* *Bertoldus de Leimbach* *Conradus de More* et alii quamplures fide digni. Acta sunt hec Anno incarnationis Domini Mo. CCo. Lo. VII. *Yfnwalt de Volcerhusen* *Ekkehardus de Creinberc*. *Boto Marscalcus Gerlacus de Craloke* *Hartunc de Borfa*.

(L. S.)
pens:(L. S.)
pens.

vidit L. Voelkel.

CXLV.

Graf Burkard v. Brandenburg giebt die ihm von seinen Schwägern aufgesagte Güter in Auenheim, bei Berka, an das Kloster Frauensee.

den 13. Jul. 1260.

Ego comes *Burkardus de Brandenberc*. Notum esse nolo omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris hanc litteram inspecturis quod rogatus a sororibus meis *Cvnmundo*, *Hermanno* et *Weselino* fratribus de *Milaha* vt bona in *Ovvenheim* cum suis pertinentiis siluis pratis pascuis aquarumque decursibus que a me in feodo habebant ab ipsis reciperem et ecclesie Sancte Marie in *Lacu* in proprium conferrem quod cum renouerem discretis viris

mediantibus videlicet *Hermanno de Lupenze*, item *Hermanno Luvelle* ab ecclesia predicta sex marci receptis predicta bona in *Ovvenheim* ad manus meas resignauerunt et petitionem *superiorum meorum* admisi et domino meo *Abbati Herfeldensis Ecclesie Heinrico* a quo in feodo habebam resignavi ipsum rogans cum ipsis et pro ipsis ut predicta bona in *Ovvenheim* ecclesie supradicte in *Lacn Sancte Marie Virginis* dignaretur conferre qui nostris iustis petitionibus assensum prebuit salutarem et eadem bona in *Ovvenheim* ecclesie in lacu in perpetuum possidenda in proprium contulit similiter *Albertus filius meus* siquid iuris in ipsis bonis in *Ovvenheim* habere videbatur *Hermanno* et *Gvnthero* filiis dapiferi et avunculis suis *Cvnmvndo Hermanno* et *Wezelino* et multis aliis astantibus ante fores ecclesie in *Castro Crucebrug* ore et calamo voluntarie renunciavit. Ut autem hoc factum ratum et inviolabile permaneat Hanc litteram conscriptam sigilli mei munimine iussi roborari. Anno domini Mo. CCo. LXo. in die Sancte Margarete. Huius rei testes sunt *Bertoldus Herdegnus Otto Conradus Linse* miles *Hermannus, Azze* Castellani in *Crucbrug Helmericus de Varnrod Rimannus* et *Arnoldus de Honrod* miles *Conradus de Wiemanneshusen Hermannus de Ebeleiben Gerhardus* et *Wiemannus* fratres de *Herde Veowinus de Gozbrechterode* et alii quamplures.

vidit L. Voelkel.

(L. S.)
pens;

CXLVI.

Nitter Hermann v. Trote übergiebt dem Kloster St. Johann bei Hersfeld den
Zehnten in Asmushausen, bei Rotenburg.

1261.

(ex Orig.)

Prepositus in *Germarode* executor a sede *Mogontina* in *Causa* que vertebatur inter prepositum *Sancti Johannis* prope *Herfeld* ex una parte et dominum *Hermannum* militem dictum *Trotin* ex altera prepositus in *Blankenheim* et prepositus in *Bubinbach* ac *Castrenses* in *Boimniburg* Omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in domino protestamur in presentibus litteris et recognoscimus quod *Hermannus* miles dictus *Troto* et filius suus pro se et suis coheredibus renunciaverunt liberaliter post longam litem bonis pertinentibus ad montem *Sancti Johannis* prope *Herfeld* sitis in villa que *Asmundishusen* nominatur videlicet decima ibidem per totum. Allodio et censibus et rebus aliis que ab antiquo prefatum monasterium in prefata villa habere consuevit et in restaurum dampnorum que prefati H. et filius suus intulerunt eidem monasterio fide data promiserunt suis obsequiis et aliis promociionibus congruis se recompenfaturos adiecerunt etiam quod neque in prefatis bonis neque in aliquibus aliis pertinentibus ad sepedictum monasterium nunquam de cetero molestabunt ipsam.

Ad cuius rei cui dentiam presentes litteras sigillis nostris fecimus roborari. Presentes etiam fuerunt *Gerlacus* miles de *Ofhusin* *Herwicus* miles *Hersfeldensis* Aduocatus de *Bibera* et alii quamplures. Acta sunt hec Anno domini Mo. CCo. LXIo. Sabbato ante dominicam remiscere proximo iuxta *Bibera* Secundo in *Boimniburg* *Castro*.

(L. S.)

pens.

vidit L. Voelkel.

(L. S.)

pens.

(L. S.)

pens.

CXLVII.

Die Brüder v. Wölkershausen sagen dem Kl. Kreuzberg die Einwilligung ihres Bruders in den Güterkauf zu Winterberg zu.

1261.

Nos *Heinricus* et *Bertholdus* fratres de *Volericshufin* Omnibus hanc litteram inspecturis Salutem in omnium saluatore Recognoscimus presentibus protestando, Nos Domino preposito Abbatisse et conuentui Sanctemonialium in *Cruceberg* esse obligatos bona fide quod *Gerardus* frater noster Scolari donacionem et vendicionem quam eis fecimus in villa que dicitur *Wintersberg* ratam habeat et omni contradictione amota consentiat in eadem et nunquam pro tali causa contra eos ponat aliquam actionem Si autem quod ab sit per eum aliquod dampnum sustineant aut grauamen ipsis restauracionem et satisfacionem condignam faciemus ad huius rei euidentiam presens scriptum nostro Sigillo duximus roborandum. Datum Anno Domini Mo. CCo. LXI.

vidit L. Voelkel.

(L. S.)

pens:

CXLVIII.

Gr. Gottfried von Reichenbach schenkt den lehnbaren Zehnten in Hillartshausen, unweit Friedewald, an das Kloster Kappel.

1263.

(ex Orig.)

Venerabili domino suo . . . Abbati monasterii *Hersfeldensis* G: comes dictus *dr* *Reichenbach* seruitium in obsequio semper prompto. Decimam in *Hilradishufin* super septem manfos quam a vobis hactenus jure possedimus feodali, dominationis vestre manibus resignamus testimonio hujus scripti. Rogantes humiliter et devote quatinus ipsam mona-

ferio sancte Marie virginis sanctiq. Johannis baptiste in *Capella* adpropriare et in perpetuum conferre dignemini propter deum. Datum in *Heilgenberg* anno domini M. CC. LXIII. Coram *Hugone dicto de Heilgenberg, Wernhero de Suarzinberg, Conrado de Widorf. Sub Abbate Capellensi Rudolfo.* Itemq. presentibus fratribus eiusdem monasterii *Conrado de Tuzenrod, Ludewico Stollin, Hermannno de Ebirforp.*

CXLIX.

Landgr. *Henrich* bestätigt dem *Kl. Annaberg* die ihm von seinen Vorfahren geschenke Kirche in *Cassel.*

den 26. März 1263.

(ex Orig.)

Henicus dei gracia. Lantgravius terre *Hassie* Dominus omnibus presentem literam inspecturis salutem in vero salutis auctore. Notum esse cupimus univcrsis hoc presens scriptum intuentibus et presencium testimonio protestamur, quod pro reverentia beate dei genetricis *Marie* et remedio anime nostre, *Alheidis coniugis nostre Sophie matris nostre,* bone memorie, et aliorum parentum nostrorum ecclesiam forenslem in *Casle* recognoscimus cenobio in *Anenberch* ratam et gratam volentes habere donationem, quam a predecessoribus nostris invenimus in ejusdem cenobii privilegiis esse celebratam. In cujus rei testimonium presentem literam priorisse et conventui dicti cenobii in *Anenberch* dedimus sub sigillo nostro firmiter communitam. Datum apud *Marpurch.* M. CC. LXIII. VII Kal. April. *

* Sigillum equestre.

CL.

Abbt *Johann* von *Cappel* verpachtet unter gewissen Bedingungen seine Güter in *Guntershufen, N. Baune.*

den 1. Febr. 1264.

(ex Orig.)

Noverit tam presentium quam futurorum discretio, quod Nos *Johannes* dei gratia abbas et totum collegium ecclesie *Cappellensis* *Rudolfo* dicto de *Cappele* bona que sita sunt *Guntershufen* ad decem annos sub specie locationis concessimus. Qui non solum per se, verum etiam per suos amicos nostre promisit universitati ad predicta bona edificationem et curam extendere debite sollicitudinis, nobis etiam frugum suarum videlicet tritici, siliginis et avene tertiam partem conferendo. Si vero predictum *R.* dominus qui omnia potest, infra annos memoratos tulerit de medio, Relicta sua nobis equum valentem juxta meliorem

ut moris esse solet presentabit, et si aliquo exigente casu de bonis sepe dictis se alienare decreverit, quidquid in edificiis fuerit et structuris usui nostro suo aliqua refusione condiximus attinere. Hujus rei testes sunt *Ekebertus prior Rupertus* subprior. Frat. Gerlaeus. Frat. Geroldus et Frater Conradus de Thuzenroth et C. plebanus de *Gemunden* et quamplures. Ut autem acta presentia permaneant in vigore debite firmitatis presentem litteram ei suisq. successoribus ecclesie nostre et prefecti de *Hohenburch* munimine decrevimus roboratam. Acta sunt hec anno domini M. CC. *sexagesimo* IIII. Severi episcopi.

CLI.

Landgraf Albrecht von Thüringen macht mit dem Gr. Gottfried v. Zieg. ein Bündniß, besonders auf den Fall, wenn ihn der Landgraf v. Hessen und der Herzog v. Braunschweig von neuem bekriegen wollten.

den 21. Mai 1265 *.

(ex Orig.)

Nos *Albertus* dei gratia *Thuringie Lantgravius* et *Saxonie Comes Palatinus* notum esse volumus universis presentes literas inspecturis, quod cum nobili viro *Godefrido Comite de Cigenhain* ex speciali amicitia convenimus in hunc modum. Dicitur liquidem Comes noster coadjutor erit et nobis serviet in omnibus locis ubicunque necesse habuerimus, et quandocunque et quotiescunque a nobis requisitus fuerit super eo, ad quod eidem Comiti versa vice teneri volumus et debemus. Hoc adhibito et adjecto specialiter, quod si a *Domino Hassie*, nostro consanguineo, sive a *Domino Brunswicensi* impeteremur hostiliterato, idem Comes nobis prestabit in continenti auxilium et juvamen, et nos pro hujusmodi servicio pecuniam sibi dabimus, quantam dilectus patruus noster *Comes Hermannus de Hennenberg* duxerit estimandam, quam estimationem tam nos, quam prefatus Comes ratam servabimus atque gratam. Si vero idem patruus noster, quod absit, tolleretur de medio ante estimationem dicte pecunie, ex tunc duo ex nostris hominibus et duo ex predicti Comitis de *Cigenhain* summam ejusdem pecunie estimabunt, et hinc inde servabitur quidquid iidem quatuor diffiniverunt super eo. Ceterum si inter antedictum consanguineum nostrum de *Hassia* et dominum *Brunswicensem* nec non ipsum Comitem de *Cigenhain* discordia mota fuerit vel exorta, nos ad hoc laborabimus cum effectu, ut talis discordia amicabilem vel mediante justitia sopiatur, et idem Comes nobis obediet in hac parte. Si vero in eo non possemus proficere dictis principibus volentibus concordare nos, sepe dicto Comiti adstabimus consilio et auxilio, contra principes memoratos. Huic ordinationi sive tractatui interfuerunt *Comes Hermannus de Hennenberg*, dominus *H. senior dapifer de*

* Ich habe B. II. Urkdb. S. 200. not. * nur die Rubrik dieser merkwürdigen Urk. angeben können; die ich seit der Zeit vollständig erhalten.

Statheim et dominus Gunthorus filius ejusdem, dominus Henricus de Glizberg, dominus Thimo de Liznit, dominus Rudegerus dictus Ochse, dominus Conradus dictus Cruc, dominus Volpertus de Kirchtorf et alii quamplures. Datum et actum in Yfenaco anno Domini M. CC. LXV. XII. Kl. Junii.

CLII.

Die Brüder Graf Siffried von Witgenstein und Graf Widekind v. Battenberg entsagen auf Bitten des Ritters Bruno v. Gerwigeshagen, zum Vortheil des Klosters Haina, ihrem Lehensrecht auf das Gericht in den Dörfern Winterscheid und Lichtenscheid.

den 8. Dec. 1265.

*S*ifridus Comes de Widegensteyne, et Widekindus Comes in Baptenberg frater eiusdem, Cuncta que ab hominibus statuuntur, ab eorum memoriis elabuntur, si nec scriptis nec testibus committuntur. Hinc est quod ad univerforum cupimus noticiam pervenire, Dominum Brunonem militem de Gerwigeshagen et Brunonem natum eiusdem ad nos personaliter accessisse, et iudicium super duas villas videlicet Wintersceith et Leytensceith, quod ipsi duo soli et nullus alius de nostris manibus in feodo tenuerunt, nobis uno ore, unanimi consensu, et adunatis manibus resignasse, ac omni nobis instancia qua poterunt supplicasse, quatinus idem iudicium Ecclesie in Hegene et fratribus ibidem Domino famulantibus conferremus. In restaurum eiusdem nobis et nostris successoribus decem solidorum redditus in villa Momberg apud tyliam offerentes, quos tamen a nobis dicti B. et B. in feodo receperunt. Nos vero petitionem eorum tam piam et Deo placitam volentes libenti animo adimplere, prefatum iudicium, conferimus cum consensu nostrarum legitimarum et omnium puerorum nostrorum benivola voluntate Ecclesie memorate ad perpetuo possidendum. Actum apud Widegensteyn et Wethere Anno Domini M. CC. LX. Quinto. Infra octavam sancti Andree Apostoli.

Huius rei testes sunt, frater Godofridus de Merenberg, frater Conradus de Momberg, frater Hermannus cruel, Reinhardus de Vedingen, Ludewicus de Rumelangen, Conradus de Irmengardenbruchen, Henricus de Bonaker.

Ut autem hoc factum nostrum a nullo irretetur, sed ab omnibus inviolabiliter observetur, presentem paginam fecimus conferri et sigillorum nostrorum munimine roborari. *

* Das Siegel Gr. Siffrieds ist ein Schild mit zwei Pfälen, und der Umschrift: S. SIFRIDI COMITIS DE WIDEKENSTEIN.

Das Reuterseigel Gr. Widekinds führt gleichfalls auf dem Schild zwei Pfäle, mit der Umschrift: SIGILLUM COMITIS WIDEKINDI IN BATTENBURG.

In einer andern Urk. von eben dem Datum sagen beide Gräfl. Brüder erwähnte Dorfgerichte den Grafen B. und D. (Walram u. Ditto) von Nassau, gegen vorgedachte

CLIII.

Gr. Friedrich v. Weichlingen entsagt gegen das Kloster Colleda seinen Ansprüchen auf die dortige Kirche, und dazu gehörige Güter.

den 8. Sept. 1265.

Nos Fridericus dei gratia Comes de Bichelingen Notum facimus vniverfis tam presentis quam futuri temporis Christi fidelibus quod ob reverentiam Dei et ejus pie genitricis in subsidium nove plantationis Cellule ordinis Cystercienfis in Colleda constructe. Jus advocacie siue aliud Jus qualecumque quod nobis vel antecessoribus nostris in eadem Ecclesia vel bonis eius pertinere videbatur cum consensu heredam nostrorum conventi sancti Monialium ibidem deo samvlantium libere conferimus et absolute volentes vt sepedicta Ecclesia a nobis et a nostris Successoribus prout ius ordinis Cystercienfis requirit libera et mera de cetero gaudeat Libertate. Huius rei testes sunt Dominus Th. Abbas. de *Oldislubin Ernestus* parrochianus de *Drifordia Herboldus* plebanus; de *Munre Clerici Sibodo* de *Rudenstete Ludewicus* de *Hofin Henricus* de *Colleda*, milites et alii quam plures.

Acta sunt hec apud *Colleda* Anno Domini M. CC. Sexagesimo quinto. In die Natiuitatis beate Marie.

Vidit L. Voelkel.

(L. S.)

pens.

CLIV.

Abbt Heinrich von Hersfeld eignet dem Kloster Frauensee das erkaufte lehnbare Dorf Dippach zu.

den 26. Mai 1266.

Henicus dei gratia *Hersfeldensis Ecclesie Abbas* Ditmarus Decanus . . maior prepositus totusque Conuentus ibidem. Omnibus hanc litteram inspecturis salutem in domino recognoscimus et presentibus litteris nostrorum sigillorum impressione signatis publice protestamur quod nos vnanimi consilio et consensu ob amorem omnipotentis dei et beatissime Marie Virginis ipsius genitricis, dilectis filiabus nostris sancti-monialibus nostri monasterii in Lacu, diuina obsequia que ab ipsis sunt incessanter et continuam earundem deuo-

Surrogat in *Momberg*, auf: Presentes fuerunt frater *Codefridus de Merenberg*, frater *Hermannus de Beydencaph*, Monachi in *Hegene*, frater *Conradus de Momberg*, Conuersus ibidem, *Reinhardus de Vedingen*, *Ludewicus de Rumelangen*, *Conradus de Irmengardebruchen*, *Henricus de Bonakere*, et alii quam plures.

In eben dem J. sagt darauf Graf Otto v. Nassau dieses Lehen dem Erzb. B. (Bernar) von Mainz, gegen gedachtes Surrogat, auf. d. in Nassau.

tionem attendentes, dedimus et appropriauimus Villam *Dithenbach* cum agris pratis pacuis, Nemoribus ac vniuersis pertinentiis eiusdem, quiete et libere in perpetuum possidendam quam villam cum omnibus ad ipsam pertinentibus dicti monasterii prepositus et sanctimoniales a *Heinrico de Hatthenbach* et a *Ludewico et Guntramo* fratribus filiis *Conradi de Hatthenbach* defuncti rationabiliter emerunt, nostra voluntate ad hoc liberaliter accedente quia prefati *Heinricus Ludewicus* et *Guntramus* dictam villam cum eius pertinentiis supradictis a nobis iure feudali ratione nostri monasterii possidebant ac ipsam villam cum omni jure quod in ea habebant ante emptionem factam supradictam, renunciantes eidem omnino in manus nostras scilicet *Abbatis* sollempniter resignarunt. Datum et Actum anno Domini M. CC. LXVI. Septimo Kal. Juny. Huius rei testes sunt *Eckhardus de Creiginberg* *Volpertus Helbini* *Gerlacus de Vshusin* *Volpertus de Nustihe* milites *Heinricus angelus Craetho* *Bertholdus monetarius Reinoldus de Sula*, *Wigandus* et *Herwicus* fratres et *Arnoldus Wolus* et alii plures.

vidit L. Voelkel. (L. S.)
pens:

CLV.

Gr. *Widkind* v. *Battenberg* bezeugt, daß *Gumpert* von *Amenenberg* auf die an das *St. Georgen*kloster in *Frauenberg* verkaufte Güter vor ihm Verzicht geleistet habe.

1266.

Widkindus Comes in Battenberg, uniuersis presens scriptum visaris, Salutem. Nisi ea que temporaliter aguntur instrumentorum scriptis roborentur, subito a memoriis hominum evanescent. Noverint igitur uniuersi presentes et futuri, quod *Gumpertus miles de Ameneberg* dictus de *Curia* de voluntate et consensu uxoris et liberorum suorum duabus curiis in *Aldershusen*, una videlicet que dicitur curia *Wernheri* et altera que dicitur *Reygerhow* et omnibus eis attinentibus agris, pratis, pascuis, silvis prout in privilegio ipsius *G.* super contractu emptionis dato *abbatise et monasterio beati Georgii juxta Frankenberg* liquet manifeste, sicut dicta *abbatisa* et *conventus* iuste et rationabiliter titulo emptionis noscuntur comparasse et precipue *Silve*, que dicitur *Jungenscheyt* et quatuordecim agris super quibus ipsam ecclesiam post contractum impedivit, et juri omni, quod sibi in possessionibus ecclesie sitis in *Bruninghusen* et *Beltersberg* vendicabat coram nobis libere et voluntarie renuntiavit. In hujus facti memoriam damus presens scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Hujus rei testes sunt *Dominus Volpertus de Berghoven miles*.

miles. *Heinricus de Dhiere. Conradus de Eppe*, castrenses in *Battenberg*. Item *Dominus Gerlacus* dictus *Baschart. Gumpertus de Anreph*, milites. *Heinricus* dictus *Gaz. Ludewicus de Manekhusen. Wigandus* filius *Ottonis. Edohingus de Bochendorph*, castrenses et burgenſes in *Frankenberg* et alii quamplures. Datum Anno domini M. CC. LXVI

CLVI.

Die Abbtiſſin in Mollenbeck verleiht die Kirche in Sileren, gegen eine jährl. Abgabe, an einen Vicarius.

1267.

Gisela Dei Gratia Abbatiſſa in *Mollenbecke*, omnibus hanc paginam inſpecturis ſalutem. Cum oblivionis caligine facile ſopiatur quidquid agitur, niſi ſcripturarum apicibus aeternetur *Universis* ac ſingulis notum eſſe cupimus. Quod *Hermannus* Canonicus *Mollenbecke*. de conſenſu noſtro et *Eccleſiae* noſtrae, imo nos ex parte ipſius *Eccleſiam* in *Sileren* dependentem à praebenda dicti *Hermanni Lubberto* dicto de *Eidenhuſen* contulimus ſub anno *Censu* levis monetae ipſum inſtituentes perpetuum *Vicarium* in eadem volentes, ut perpetuitatis jure gaudeat, quamdiu vivit. Hujus rei teſtes ſunt, *Dominus Johannes de Heilbecke II. et Ernestus Giselbertus* Canonici *Richardis* praepoſita *Agnes Decana, Elizabeth* *Custos*, et omnes *Canonicae, Gerlacus de Veltem, et Rodolphus* et alii quamplures. Ut autem haec rata et inconvulſa permaneant praesentem litteram ſigilli noſtri inſpiratione et ſigilli *Noſtrae Eccleſiae* munimine tradimus roboratam. Datum in *Eccleſia Noſtra*, Anno Domini M. CC. LXVII.

CLVII.

Abbt Henrich und Convent zu Herſfeld geben dem Albert Gr. v. Wallenſtein Güter in Rabolshauſen, Saafen und Waldenſtein tauſchweis ein.

den 30. März 1267.

Heinricus Dei gracia *Herſfeldenſis Eccleſie Abbas, Heinricus* Decanus *Albertus* maior prepoſitus totuſque conuentus ibidem.

Omnibus hanc litteram inſpecturis ſalutem in domino *Recognoscimus* et litteris preſentibus noſtrorum ſigillorum munimine roboratis publice proteſtamur quod nos de maturo Conſilio et unanimi voluntate *Nobili viro domino Alberto Comiti de Waldenſtein* ac ſuis legitimis heredibus omnia illa bona cum ſuis pertinenciis vniuerſis per venerabilem dominum pie memorie *Abbatem Ludewicum* in *Rabenhuſen* à *Heinrico* de eadem nilla nobis et noſtre *Eccleſie* olim comparata et quicquid habebamus in villa *Saafen* quod pertinebat

ad Ecclesiam in antiquo *Waldin*stein et vnum mansum in eadem uilla Sassen qui ad claustrum nostrum in *Owe* pertinebat et quinque agros sitos iuxta *Castrum nouum Waldin*stein et vnum pratium ad spacium vnus iugeris ibidem extensum dedimus proprietatis titulo in perpetuum libere possidenda in Concambium omnium bonorum illorum que dictus Comes iuxta Castrum nostrum *Waldin*stein antiquum circumcirca habebat uel habere uidebatur tam in uillis quam in agris, Nemoribus, siluis fructectis pratif pascuis, aquis et quocunque alio nomine censeantur, que omnia prefatus Comes suis heredibus consentientibus nobis dedit absolute et nostre ecclesie funditus appropriauit in perpetuum libere possidenda preterea in supplementum dicti Concambii et restauracionis prefatum comitem infeudauimus in nostra moneta *Herffeldensi*, cum uiginti quinque solidis denariorum in festo sancti Martini et totidem in festo sancte *Walpurgis* recipiendis quolibet anno. Hec autem bona fluuium *Effese* uidelicet et siluam que dicitur *Arnifinesse* et Siluam *Thenekane*, siluam *Nunninburg* villam *aldin Gerhardishain* et villam *Lindin* nuncupatam cum Comite predicto pariter possidebit equa lance.

Datum *Herffeldie* anno domini M. CC. LXVII. III. Kal. Aprilis. huius rei testes sunt *Conradus* prepositus montis sancti *Johannis Wernherus* prepositus sancti *Petri Heinrichus* prefectus *Reinboldus* pincerna de *Lengiffelt*, *Gerlacus* de *Ushusin*, *Volpertus* *Helbini*, *Witthekindus* de *Holzheim*, *Sifridus* de *Haltorf*, *Bertholdus* Aduocatus de *Breitlinbach* milites *Heinricus* Angelus, *Reinoldus* de *Sula* *Volpertus* Marscaleus *Bertholdus* de *Gozishusin* et alii quamplures.

(L. S).
pens:

(L. S).
pens:

CLVIII.

Friedrich der jüngere von *Tressurt* verzieht gegen den Abbt *Henrich v. Hersfeld*, der ihn zu seinem Burgmann auf *Creynberg* oder *Crainberg*, im *Eisenachischen*, angenommen, auf alle Ansprüche an dessen *Meierei* in *Beringen*.

d. II. Febr. 1268.

Nouerint uniuersi hanc literam inspecturi Quod Ego *Fridericus junior de Driordia* cessi ab omni actione quam habui uel habere uidebar contra venerabilem Dominum meum *Heinricum abbatem Herffeldensem* et eius Ecclesiam et ab occupacione villicacionis sue in *Beringen* et omnium bonorum ad eandem pertinencium renunciaui simpliciter et in toto qui me in *Creiginberg* in suum recepit Castellatum sub tali pacto quod ibidem personaliter resideam aut vnus de filiis meis uel nomine meo locem personam ydoneam et

Adelem cum debita armatura et equitatura integraliter expeditam quam dictus Dominus meus Abbas duxerit admittendam qui etiam michi pro iure Castellanus mei in Castro prefato de sua villicacione in Beringen sex Talenta denariorum annis singulis assignauerit per suum villicum qui ibidem pro tempore presuerit presentanda donec michi per prefatum dominum meum Abbatem quinquaginta marce argenti communis monete fuerint presentate pro quibus marcis sub predicta forma receptis sex Talenta denariorum de redditibus mee proprietatis annis singulis colligenda dicto Castellatui meo in Creiginberg assignabo et donabo in certis bonis libere seruitura aut cum dicta pecunia circum circa prefatum Castrum omnia et comparabo redditus totidem talentorum Si autem aliquis dominus terre aut persona prepotens uel sublimis redditus occupauerit uel auferet villicacionis supradicte dictus dominus meus Abbas uel eius Ecclesia aut villicus suus in Beringen michi pro ipsis sex talentis nullatenus respondebunt sed ego ab illa persona que sic dictos redditus abstulit aut occupauit, requiram sex talenta prenotata. Preterea protestor bona fide quod tantummodo recepi viginti quatuor talenta denariorum de officio villicacionis in Beringen per duos annos Si autem aliquis plus recepit de illo hec dictus dominus Abbas et eius Ecclesia repetat et requirat quia ipsis talis actio competit de pleno iure, piscaturam quoque in *Berkah* michi pro IIII. marcis argenti obligatam domino meo Abbati et eius Ecclesie sine contradictione qualibet libere resignabo dum michi dictam pecuniam per ipsos fuerit persoluta, si autem michi constiterit quod dicta piscatura pro minori pecunia mihi fuerit obligata tanta pecunia dabitur michi quantum recepi pro illa. Obligo etiam me fide prestita corporali ad obseruantiam omnium predictorum et ad omnis fidelitatis custodiam et obsequia in Creiginberg et alias facienda, que vnus quisque fidelis Castellanus suo domino facere debet et consueuit. Datam in *Rothenberg* Anno Domini M. CC. LXVIII. III. Non. Febr. huius rei testes sunt: Dominus *Heinricus* Decanus *Ludewicus* maior prepositus Ecclesie *Herfeldensis* Dominus *Conradus* prepositus sancti *Johannis* Dominus *Albertus* Comes de *Waldenstein* Dominus *Wittekindus* comes de *Bilstein* Dominus *Botho* de *Bomeneburg* *Bertholdus* de *Malzretella* *Heinricus* prefectus milites *Reinibero* de *Sula* et alii quamplures.

Vidit L. Voelkel.

(L. S.)
pens:

CLIX.

Landgr. Heinrichs Verwilligung gegen das Kloster Hasungen, wie er es mit den eigenen Leuten des Klosters in Ansehung der Abgabe halten wollte.

1269.

(ex Orig.)

Henricus, Dei gracia, Lantgravius, Dominus Hasie uniuersis ad quos presens scriptum pervenerit salutem in omnium salvatore. Quoniam gesta hominum que sunt

in tempore labantur cum tempore, ipsa solent litterarum serie et testibus roborari. Ad noticiam igitur uniuersorum cupimus peruenire, quod ad petitionem venerabilium in christo domini *Abbatis et Conuentus de Hasungen* quantamcunq. partem reddituum pro reformatione dicte ecclesie et hominum ipsius suis indulserint colonis, tantam nos de nostris redditibus liberaliter indulgemus. Volentes ut si interdum tres vel duo vel saltem quatuor agri fuerint seminati cultores talium ad solutionem tritici non cogantur, Item ubi simpliciter triticum solet dari, nolumus ut cultores ad addendos denarios non cogantur. Et si addantur duorum solidorum numerum non excedant cum huiusmodi numerus proborum virorum testimonio valeat approbari. Item quoniam officiales nostri interdum ab hominibus dicte ecclesie seruitia inconsumta exigunt et requirunt, statuimus et volumus ut singuli hominum predictorum tempore petitionis consuete seruiat unum solidum legalium denariorum nec ad quicquam ultra cogatur. Ista quidem seruitia ad hos statuimus, qui per se domesticam habent curam. Ad hec volumus ut nullus eis substituatur subadvocatus, nisi consensu Domini Abbatis et Conuentus accedente. Hanc quidem gratiam ipsis presentibus indulgemus, ut homines dicte ecclesie per diversa loca dispersi redeant, et eadem gratia ac libertate quam sub patre nostro pie memorie rege *Henrico* habebant gaudeant libere et fruantur. Actum et datum *Gudensberg* in vigilia Nicolai beati Anno domini Millesimo CCLX. nono.

Sigil. Equestre.

CLX.

Landgraf Henrich beurfundet einen Vergleich über das, der Abtei Hersfeld gehörige, Meieramt (officium villicationis) in Laubach.

den 21. Mai 1269.

(ex Orig.)

H. dei gratia *Lantgravius, dominus Hassie*, Tenore presentium recognoscimus publice protestantes, quod *Meingotus dictus Knibo*, et *Knibo, Giso et Ailbertus* filii ejusdem, pro se et eorum heredibus renunciaverint simpliciter et in toto ab omni actione, quam se dicebant habere contra venerabilem Dominum nostrum *H. abbatem* et ejus conventum pro dampnis et offensis, ipsis per *Guntramum de Loupach* seu alias irrogatis, pro quo Decanus et conventus dicti loci prefato *Meingoto* octo talenta denariorum, de viginti talentis, que ipse eisdem de pensione officii villicationis et decime in *Loubach* solvere debuit, favorabiliter dimiserunt, ita quod quatuor talenta de pensione dicta in festo *Sancti Wigberti* et totidem in festo *Sancti Michaelis* persolvat de anno preterito neglecta, et si hec persoluta fuerit, ut est tactum, prefati Decanus et conventus eidem *M. et filio* ejus *Ailberto* officium villicationis memorate ipsis a suo abbate ad prebendam eorum assignatum locaverunt ad duos annos in festo *Sancte Margrethe* nunc proxime inchoantes protali pen-

sione, ut eis in festo Sancti Martini sex talenta denariorum et in dominica Invocavit sex et totidem ante festum Sancti Johannis Baptiste inde persolvant quolibet anno, quibus annis duobus transactis dictum villicationis officium a prefato M. et ejus filio et universis heredibus eorundem absque omni impedimento erit totaliter absolutum, et sine contradictione qualibet ad memoratum conventum revertetur, libere et pacifice possidendum. Dabunt etiam fidejussores certos super pensione dicta persolvenda, tempore solutionis ejusdem prenotato, quos fidejussores prefatus conventus ad hoc duxerit acceptandos. Si autem hujusmodi conditiones supradicte aut una eorum non fuerit observata a prefatis M. et Ail. filio ejusdem, et dicte pensionis pecunia non fuerit persoluta conventui memorato solutionis temporibus prenotatis dictum villicationis officium ad tactum jam conventum sine contradictione qualibet etiam libere revertetur. Hanc etiam pensionem Hersveldie presentabunt sub proprio periculo et expensis, et si fidejussores recepti defecerint, alios restituent eque bonos. Datum anno domini M C C L X V I I I . x i j . Kal. Junii. Hujus rei testes sunt Johannes Aureus et Meingotus fratres. Scultetus et Scabini in Grunenberg. Dilecti ministeriales et cives nostri, in quorum presentia hec omnia sunt promissa.

CLXI.

Gottfried Hr. zu Plesse bezeugt, daß Mathildis Nebbtiffin zu Hockelheim ein von ihm lehnbares Gut in Gittelde mit seiner Bewilligung an sich gekauft habe.

den 18. Jul. 1269.

(ex Orig.)

Fodescalcus nobilis de Plesse universis Christi fidelibus salutem in vero salutari. Cum secundum motus temporum facillime ac inconstanter moveantur sensus mortalium unde oportet ut ea que agantur testimonio bono committantur. Hinc est quod pervenire decrevimus tam ad posteros quam ad modernos, Methildyn abbatislam in Hokelem cum universo conventus sui collegio alodium Henrici de Gitlede quod a manibus nostris feudali jure recepit quod situm est in supradicta villa pro viginti sex marcis titulo proprietatis recepisse ac Henricum predictum nobis astantibus assentientibus et consentientibus ecclesie memorate obligasse, quod protestamur ac sigilli nostri testimonio confirmamus. Datum Plesse Anno Domini M. CC. LXIX. XV kl. Aug. *

*) Nos Angelus - Gerwinus - Guntramus et Walterus Scabini Grunenbergenses, ceterique cives ibidem recognoscimus -- quod Franko de Mazuelth officium villicationis in Loupach, quod ad Ecclesiam Hersfeldensem pertinere dinoscitur, ad quinque annos -- a Decano et a Conventu eiusdem ecclesie sibi ac suis heredibus comparavit rationabiliter etc. Datum Grunenberg M. CC. LXXXI. III. Non. Dec.

** Nos dei gratia Abbæ de Capella Ordinis Premonstratensis -- notum facimus --

CLXII. CXLIII.

Vergleich über das der Abtei Hersfeld zuständige Meieramt in Laubach.

d. 29. Jul. 1272.

d. 15. Jul. 1275.

Nouerint vniuersi presentis pagine conspectores quod cum Dominus *Didmarus* cellerarius et *Theodoricus* Confratres ecclesie *Hersfeldensis* venientes *Laupach* de villicatione Conventus sui ibidem se debere intromittere asserabant *Albertus de Guetburne* qui ipsam habuerat cum ipsis tandem convenit in hunc modum videlicet quod possidebit officium villicationis eiusdem vsque ad festum pentecostes proximo venturam persolven: inde dicto conventui et presentans *Hersfeldie* sub periculo suo et expensis propriis sex talenta denariorum in festo beati Martini proximo seu infra octo dies eidem festo continue succedentes et totidem talenta inter Octavam purificationis beate Virginis et rursus sex talenta infra octavam Apostolorum Philippi et Jacobi. Si vero in hiis negligens existeret in aliquo termino predicto dictum officium eadem vice absolutum esse deberet ab eodem, expirante autem festo pentecostes si in gratia domini Abbatis et conventus predicti esse poterit supradictus *Albertus* quiete in dicto officio permanebit, sin autem veniat ad presentiam dicti Abbatis et conventus ostendens modo quocumque quod in premissis circa eum agere deberet graciose quod si fecerit, bene est, si vero in hoc deficeret sepedictum officium secundum asseritionem plus dictorum domini *Didmari* et *Theoderici* deberet esse ipsorum conventui liberaliter absolutum. Huius rei testes sunt frater *Henricus* Guardianus et frater *Sifridus* de ordine fratrum minorum. Item *Johannes Aureus* et *Rimbo* milites Item *Folcnandus Gerwinus Angelus Henricus de Sassen Guntramus* Scabini in *Grunenberg* et quamplures alii fide digni. Ad maiorem vero euidentiam sigilla prefati *Johannis* et vniuersitatis de *Grunenberg* presentibus sunt appensa. Datum decimo tertio Kal. augusti anno domini M. CC. LXX secundo.

Vidit L. Voelkel.

(L. S).
pens.

Nouerint in perpetuum vniuersi presentium Conspectores quod ego *Albertus de Loubach* vna cum fratribus meis *Rimbone* et *Gyfone* accedente nostrorum Consilio

quod cum *Hermannus* Canonicus ecclesie in *Rastorf* Erbipolensis dioc. a venerabilibus dominis Iudicibus *Maguntinis* ad nos litteras impetrasset --: Nos auctoritate *Judicum Magunt.* -- habito consilio iurisperitorum -- ius patronatus ecclesie in *Nihusen* ad abbatem decreuimus pertinere *Hersueldensem*, ipsam ecclesiam *Nihusin* prefato *Heremanno* sentencialiter adiudicantes etc. Dat. MCCLXXI. ter. tertia prox. post *Mathei* Apostoli. Der Spruch in dieser dem Abbt zu *Cappel* von den *Judic. Sedis* *Mog.* zur Entscheidung aufgetragenen Rechtsache ist allzuweitläufig, als daß ich ihn hier vollständig abdrucken lassen könnte.

amicorum resignauit domino Abbati et Conuentui Ecclesie herfeldensis officiam villicationis in *Loubach* cum dicimis et omnibus suis pertinentiis promissimus insuper quod nunquam de cetero impediamus uel impediri per quempiam procuremus dominos seu fratres dicti conuentus occasione qualicunq̄e ceterum abrenunciauimus omni actioni quam in dominos uel fratres immo et fautores seu amicos prefati Conuentus habuisse uidebamur priuilegia quecunq̄e a domino abbate uel ipsius ecclesia ratione predictorum forsitan habuissimus friuola reputantes, ut autem prescripta debitum forciantur effectum hanc litteram inde confectam procurauimus sigillis domini *Johannis* militis dicti *Guldene* nec non *uniuersitatis in Gruenenbergh* communiri. Testes uero sunt magister *Robertus* de demo sancti *Anthonii* plebanus de *Rucharteshusen* item *solenandus Gerwinus*, *Heinricus de Sassen* Scabini in *Gruenenbergh*, item in *Loubach* miles dictus *pylgerim*, *Reinherus*, et *Sifridus* filius ipsius et quamplures alii fide digni. Datum in diuisione Apostolorum anno domini M. CC. LXXV.

(L. S.)
pens.

(L. S.) uidit L. Voelkel.
pens.

CLXIV.

Die Grafen Gebhard und Burkard v. Mansfeld bestätigen, daß ihr verstorbener Vater der Abtei Hersfeld das Patronat der Kirche in Rottelsdorf gegen das in Siebkerode (beide im Mansfeld.) vertauscht habe.

d. 22. Jun. 1273.

Uniuerſis Christi fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit *Geuehardus* et *Burchardus* dei gracia *Comites in Mannesvelt* salutem in eo qui est omnium uera salus. Ne ea que sunt in tempore labantur cum temporis lapsu poni solent in lingua. Testium uel scripture memoria perhennari. Sciant igitur presentes ac futuri temporis posteritas quod pater noster pie recordacionis in forma *Concambii* Jus patronatus ecclesie in *Rotelendorp* cum omni prouentu nobis ceterisque suis heredibus conscientibus dedit ecclesie *Herefeldensi* libere pro iure patronatus ecclesie in *Villa que Siuekerode* uocatur quod jus spectabat ad Ecclesiam *Herefeldensem* iam prefatam, que tamen *villa Siuekerode* ad tantam devenit inopiam, ut etiam solas inhabitator in ea *minime** potuerit reperiri. Ne autem quispiam postmodum super hoc ambigat *Concambio* hanc nostram litteram inde confectam prenominate Ecclesie *herefeldensi* erogauimus sigilli nostri munimine firmiter roboratam. Huius rei testes sunt: Dominus *Orto* prepositus in ... Dominus *Ludolfus* noster

* Dieses Wort ist im Original sehr undeutlich.

Capellanus *Rudolfus Buzo*, et Dominus *Nicolaus* frater suus milites et *Foderammus senior* atque Junior milites *Henricus* Advocatus cum suis filiis militibus et alii quam plures.
Acta sunt hec Anno Domini M. CC. LXXIII. X. Kal. Julii.

(L. S.)

vidit L. Voelkel.

pens.

CLXV.

Friedrich von Schlisz verspricht der Gräfin Hedwig von Ziegenhain, und deren Sohn Gottfried, gegen eine bestimmte Summe wider ihre Feinde beizustehn.

d. 1. Jun. 1276.

Fridericus de *Slitese* presentibus recognosco publice protestando, me fide data promissis fideliter et jurasse Nobilem dominam meam *Hedew. Cometisam relictam Com. God.* pie memorie *de Cygenh. et Gotfridum* domicellum meum, filium ejusdem, adjuvare totis meis viribus, excluso penitus omni dolo, contra quoslibet hostes suos, quos jam habent de cetero vel habebunt. Ipsi quoque pro auxilio meo sibi exhibendo promiserunt mihi XX. Marcas denariorum Aquensium et proinde obligarunt mihi bona sua in *Holsmannesfeld* tam diu possidenda donec mihi, vel heredibus meis pecunia soluta fuerit antedicta. Insuper dederunt mihi et meis heredibus in *Treyse* opido suo unum *castrense feodum*, annuatim quatuor tal. denariorum ejusdem monete in festo beati Martini solvens, jure hereditario possidendum. Porro si contingeret, quod absit quod ego frangerem in dictis nobilibus videlicet domina mea *Cometisa*, vel suo filio, prefatum castrense feodum redibit liberum et solutum. Ut igitur que promisi dictis nobilibus maneat inconvulsa, hoc scriptum duxi sigilli mei munimine roborandum Actum et datum *Rufgensberg* anno Domini M. CC. LXXVI. Kl. Junii.

CLXVI.

Gottfried von Eppenstein tritt einen seiner Diebstmänner an das Kloster Alten-Münster in Mainz ab.

im Mai 1277.

Godefridus de *Eppenstein junior*. Recognoscimus his nostris litteris publice protestando, quod nos communicata manu *Mechthildis* nostre collateralis, renunciatione totius iuris, quod nobis in personis et bonis *Godefridi Advocati de Hocheim et Mildrune*

*drune uxoris sue competebat, vel competere videbatur - eosdem Godefridum et Mildrunam cum personis et bonis ipsorum monasterio et conventui dominarum veteris Monasterii in Maguncia donacione pura et simplici propter Deum precipue, et ob honorem bte Matiae virginis matris sue, iam nunc et in perpetuum pro nobis et nostris sucesoribus universis damus et resignamus in perpetuum obtinendos, ita, ut una ex ipsis persona decedente, altera superstes existens in continentia viduitatis perseverans se cum bonis suis a prefato Monasterio et conventu, nunquam abstrahere debeat neque possit. In cuius facti testimonium ac debitam firmitatem presentes litteras sigillo Dni Godefridi patris nostri, una cum appensione sigilli nostri petivimus communiri. Et nos prefatus Godefridus de Eppenstein senior sigillum nostrum in testimonium consensus et rathihabitionis nostre super premisis, presentibus dignum duximus appendendum. **

Actum et datum Anno Dni M. CC. LXXVII. Mense Maji.

CLXVII.

Gr. Wilekind von Battenberg schenkt mit Einstimmung seines Sohnes Hermanns, und seiner übrigen Kinder, seinen Antheil an der Mühle zu Nöddenau an das Kloster Haina.

d. 26. Jul. 1277.

Nos *Wilekindus* Dei gratia Comes in *Battinburg* et *Elizabeth* collectalis ipsius, notum facimus tam presentibus quam futuris presentes literas inspecturis, quod nos zelo ducti pietatis et elemosine, quicquid iuris habuimus vel habere uidebamus in Molendino *Rudene*, communicatis manibus *Hermanni filii nostri ac aliorum puerorum nostrorum*, contulimus *Ecclesie sancte Dei Genitricis Marie in Hegene*, et fratribus ibidem Domino famulantibus libere et absolute proprietatis iure in perpetuum possidendum.

Datum et actum in *Battinburg* in presentia *Castrensium* et aliorum multorum. Anno Domini M. CC. LXX. septimo. In crastino sancti *Jacobi Apostoli*. Ut autem hec donatio nostra firma permaneat et illesa, presentem litteram dedimus eisdem sigilli nostri munimine roboratam.

* Es hängt das Siegel Gottfrieds des jüngern, und der Wechtilde von Bied an. Erstere enthält die gewöhnlichen drei Sparren, mit einem Lohkränze.

CLXVIII.

Die Landgräfin Sophia entsagt auf Bitten ihrer Schwester, der Nektissin Gertraud zu Aldenburg, den Gefällen, die sie von mehrern, diesem Kloster geschenkten, Gütern zu ziehen hatte.

d. 15. Oct. 1278.

Nos Sophia filia B. Elizabeth, Landgravia Turingie, Domina Haslie, quondam Ducissa Brabancie. Ex patentibus litteris civitatis nostre Marburgensis intelleximus, quod Hermannus Thelonearius divina inspiratione ductus pro remedio anime sue Ecclesie de Aldenburg, quedam bona in eleemosynam contulit, videlicet curiam suam in Dagoberthshusen, cum omnibus suis attinentiis, tres mansos terre in Gosfelden, quartam partem molendini, et dotationem Ecclesie ibidem in quarta et octava parte, insuper domum suam in Marburg, in qua habitat Henricus Cyrehen, et omnia bona sua in Cyliacis Wy-mare tam in sylvis quam in agris. Nos ergo hanc collationem ratam habentes omne jus nostrum, quod in ejusdem bonis habuimus tam in precariis, quam aliis exactionibus ob amorem atque petitionem karissime sororis nostre Gertrudis Magistre in Aldenburg, et totius sui conventus dicte Ecclesie conferemus cum effectu. In omnis rei testimonium presens scriptum dedimus sigillo nostro nomine roboratum. Datum anno Domini 1278. feria tertia proxima ante Luce Evangeliste.

CLXIX.

Landgr. Albrechts v. Thür. Recognitionschein, daß er die Stadt Eisenach von den Hebbten von Fuld und Hersfeld zu Lehen trage.

d. 10. Febr. 1278.

Albertus Dei gracia Thuringie Lantgravius et Saxonie comes palatinus. Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem cum bone uoluntatis affectu. Recognoscimus et tenore presentium publice protestamur. Quod Ciuitatem Ysenach cum omnibus suis pertinentiis videlicet campis, agris, pratis, ripis, siluis, pascuis, et molendinis et omnem utilitatem eorundem a venerabilibus dominis nostris Abbatibus et Conuentibus Ecclesiarum Fuldenfis et Hersfeldensis feudaliter possidemus. Et ut vos et posteri nostri postmodum hanc litteram intuentes cognitionem feudorum huiusmodi habeant pleniorum nos hanc nostram patentem litteram confectam super hoc appensione Sigilli nostri mandauimus roborari. Huius recognitionis Testes sunt venerabilis dominus Fridericus Mersebur-

genſis episcopus, Mathyas noſter Notarius *Fridericus de Sconenberg, Alexius de Wil-*
denburnen, et Heinemanus de Indagine milites et multi alii. Datum in *Aldenborch,*
Anno domini M. CC. LXX. octauo. die beate *Scolastiçe Virginis.*

vidit L. Voelkel. (L. S.)

CLXX.

Abbt *Henrich v. Fulde* ſchenkt den lehnbaren, ihm aber erledigten Hof
Kienau, mit Vorbehalt eines geringen Zinſes, an das Kloster
Frauenſee.

d. 15. Aug. 1280.

(ex Apogr. 1302 facto)

Nof *Heinricus* dei gracia *fuldenſis eccleſie Abbas* recognoscimus et tenore preſencium
ad uniuersorum notitiam volumus peruenire quod villam *Rona* nobis vacantem
libere per voluntariam reſignacionem *Otonis de Kundorf* militis et vxoris ſue legitime
qui ipſam villam a nobis in feodo tenuerunt cum omnibus ſuis iuribus et libertatibus
Monasterio ſunctimonialium in Lacudedimus proprietatis titulo perpetue poſſidendam hac
tamen condicione adiecta quod prepoſitus et Conuentus eiufdem monaſterii de eadem
villa ſingulis annis in feſto beati *Michaelis* dare debeant duodecim libras Cere octo
noſtre Camere reliquas quatuor libras Altari ſancti *Bonifacii* noſtri glorioſi patroni ſine
diminucione et dilacione qualibet preſentandas Et ne de hac noſtra donacione ſeu ap-
propriacione c. vniuerſis ſuperius per ordinem enarratis cuiquam in poſterum dubietas
aliqua ualeat ſuboriri preſentes litteras deſuper conſcriptas noſtri et Conuentus noſtri
fuldenſis in euidentiam conſenſus ſigillorum munimine fecimus communiri. Actum et
datum *Fulde* Anno domini M. CC. LXXX. in die aſſumpcionis beate *Virginis* preſenti-
bus et in teſtimonium aduocatis nobis dilectis *Marquardo* Decano *fuldenſi* *Conrado*
ſancti *Andree Wigando* montis ſanctę *Marie* prepoſitis *Ludewico* plebano in *Greygin-*
berc *Siffrido* dicto *Kunis* de *Eyſenbach* *Reinhardo* de *Hune Gyſone* de *Ebirſberc* *Rabe-*
noldo de *Haſelſtein* *Hermanno* de *Vache* *Heinrico* de *Pherdiſdorf* militibus et aliis quam
pluribus ſide dignis.

Vidit L. Völkel.

CLXXI.

Bischof Wolquin von Minden macht die Kirche des Klosters Mollenbeck zur Pfarrkirche des Orts.

d. 28. Jan. 1281.

Volguinus Dei gratia *Mindensis Episcopus* omnibus in perpetuum. Autoritate Pastoralis officii Baptisterium quod fuerat in Forensi Ecclesia in *Mollenbecke* ad Conventualem Ecclesiam ibidem transferimus in his scriptis, volentes ut deinceps in eadem Ecclesia, omnia Ecclesiastica Sacramenta Christi fidelibus dispensentur. Statuimus propterea de Consensu Dominae Abbatissae, totiusque Conventus Ecclesiae supradictae, quod sacerdotes qui sunt in eadem Ecclesia alternatim debebunt forensi Ecclesiae deservire, et oblationes Altaris interdistribuent aequa lance. Cum jus dicat, qui altari deservit debeat vivere de Altare. Minuta autem beneficia quae quondam Dominus *Johannes* dictus de *Helbecke* suae praebendae attraxerat, asserens ea ad suam pertinere praebendam, Domina Abbatisa quaecumque vacuerint, uni personae conjunctim aut pluribus personis divisim dummodo idoneis conferre poterit, pro suae beneplacito voluntatis. In cujus testimonium hoc scriptum dedimus sigillis Nostro Dominae Abbatissae et Conventus in *Mollenbecke* roboratum. Datum *Mindae* Anno Domini *M. CC. LXXXI.* Quinto Kalend. February Praesentibus *Conrado* Decano Ecclesiae nostrae, *Bernhardo* Archidiacono in *Osen.* *Hermanno*, *Ernesto*, et *Hermanno*, Canonicis in *Mollenbecke.* *Borchardo* et *Tiderico* Militibus de *Heilbecke*, et pluribus aliis tam Clericis quam Laicis fide dignis.

CLXXII.

Landgr. Henrich entsagt gegen das Kloster Caldern, unter gewissem Vorbehalt, seinem Recht an einen Wald, in dem Ger. Caldern.

d. 23. Apr. 1282.

Nos *Henricus* dei gratia *Lantgravius*, *Hasie* dominus et *Mettildis* *Collateralis* nostra dilecta. Ad universorum pervenire cupientes noticiam recognoscimus literas per presentes. Nos pari voto et consensu omni juri nostro, quod habuimus vel poterimus habere in *Silva* que dicitur *Hadebalt* sita inter villam *Brungershufen* et montem *Hohenberg* renunciavisse simpliciter propter Deum et contulisse liberaliter religiosis ac dilectis nobis: *Abbatisse*, *priori*, et *Sanctimonialibus* conventus in *Caldre* in veram *Elemosinam* et perpetuam proprietatem pacifice possidendam. Reservato nobis tantummodo jure nostro, quod dicitur *Wiltpanth* et si dicta silva excolitur et novatur, ut fiat frugifera

Medema nobis cedat. Ne autem tam piam quam voluntariam donacionem nostram in remedium animarum nostrarum factam aliquis in posterum infringere valeat aut mutare, sed ut ea que fecimus perpetuo perseverent, presens scriptum prefatis dedimus religionis et conventui Sigillorum nostrorum communitum appensionibus ad robor et evidenciam nostri facti. Datum Marburg Anno domini Millesimo CC. Octogesimo secundo die Beati Georgii Martiris.

Sig. Eqv.

CLXXIII. und CLXXIV.

Die Grafen Günther und Henrich v. Schwarzburg bescheinigen einen Vertrag, vermög dessen Graf Günther v. Keuernburg den Abbt Henrich v. Hersfeld in seinen Rechten in und um Arnstadt ungestört lassen will.

d. 16. Apr. 1282.

Nos Guntherus et Henricus fratres Comites in Swarzburch Recognoscimus litteris presentibus nostris sigillis signatis publice protestantes quod litis controuersia inter venerabilem dominum nostrum Henricum Abbatem Herfseldensem et nobilem virum Guntherum de Keuernbere Comitem juniorem exorta omnino taliter est sopita quod idem Comes se firmiter obligauit promittens nihilominus data fide quod ipse prefatum dominum nostrum Abbatem et eius ecclesiam in omni suo iure quod in Arnstete et extra in bonis suis hominibus et Judeis infra terminos ad ipsam aduocatiam spectantibus habere dinoscitur, deinceps non impediet nec turbabit sed eo uti permittit pacifice et gaudere iuxta formam compositionis inter ipsos habitam aliquando sicut in litteris hinc inde super huiusmodi compositionis ordinacione traditis plenius continetur quam eciam compositionis formam prefatus Comes sub dicto obligacionis modo promisit iterum inuiolabiliter obseruare. Datum Anno domini M. CC. LXXXII. feria quarta post dominicam Misericordias domini.

(L. S.)

pens:

(L. S.)

pens:

Nos Guntherus dei gracia Comes in Keuernbere senior Recognoscimus presentibus litteris nostro sigillo signatis publice protestantes quod litis controuersia inter dominum nostrum venerabilem Henricum Herfseldensis ecclesie Abbatem et fratrem nostrum dilectum Guntherum de Keuernbere Comitem juniorem exorta omnino taliter est sopita quod idem frater noster Comes in Keuernbere iunior se firmiter obligauit promittens nihilominus data fide quod ipse prefatum dominum nostrum Abbatem et eius ecclesiam in

omni suo iure quod in *Arnefede* et extra in bonis suis hominibus suis et Iudeis infra terminos ad ipsam aduocaciam spectantibus, habere dinoscitur deinceps non impediet nec turbabit sed eo uti permittet pacifice et gaudere iuxta formam compositionis inter ipsos habitam aliquando, sicut in litteris hinc inde super huiusmodi compositionis ordinatione traditis plenius continetur quam etiam compositionis formam, sepe dictus frater noster Comes *Guntherus de Keuernbure junior* sub dicto obligationis modo promisit iterum inuolabiliter obseruare asiterunt autem testes cum hec fierent dominus *Heinricus* maior prepositus *Herffeldensis* dominus *Euerhardus* prepositus sancti Petri prope *Herffeldiam* Item milites *Conradus* dictus *Swinrade* *Heinricus* de *Malsteiben* *Heinricus* dictus *Wendepfasse* *Otto* de *Wechmare* *Otto* de *Arnistide* et alii quamplures fide digni. Acta sunt hec in *Arnefede* Anno domini M. CC. LXXXII. XVI. Kalendas Mai.

vidit L. Voelkel. (L. S.)
pens:

CLXXV.

Landgraf Henrichs Vertrag mit seinem Eidam, Graf Gottfried von Ziegenhain, wie es in Kriegen gegen ihre Feinde, und bey Irrungen unter ihnen selbst, gehalten werden solle, und daß, im Fall Gottfried keine Kinder erzeuge, sein Land an Hessen fallen solle.

d. 29. Jun. 1283.*

(ex Orig.)

In Gots namen Amen. Wir Lantgreve Heynrich son Gots Gnaden Herre ze Hessen, vergen uns an disem brieve, daz wir eine veste un eine stede sunne han gemachet ewikliche mit unferme lieben Eydeme Greven *Godfrido* Grefen *Godfrides sun son Zygenhagen* also, daz er gar, mit gutem willen verzygen hat uf uns und umme allez daz verrendes was zwifchen uns und ime un bi namen umme daz, daz wir sin hus zu *Gemunden an der Straze brachen*, her hat oush gelobet ob er abe get mit tode ane kinter, daz danne *Mochtilt unser tochter sin wirtin*, sal *Zygenhagen Treyse*, und *Stoyphenberg*, mit alledeme daz dar zu gehoret, besitzen zu irme libe, nach irme tode sal iz wider vallen uf sine Muter, un uf sine swester, ane die *Len die son uns dar rurent*. Geschilt iz aber, daz er, und sin swester ane kind ersterben, lebet sin muter danne, so sul wir ir geben siinf hundert marg, *Echfcher phenninge*, und allez daz er itzunt hat, oder noch

* Der Schr. v. Gudenus sagt in der Vorrede zu Syll. Diplom. p. 3, daß ihm keine frühere in teutscher Sprache verfaßte Urk. vorgekommen, als v. J. 1286. Die gegenwärtige ist um drei Jahre jünger.

gewinnet, an burgen, an steden, an landen und an luten, daz sal allez uf uns vallen, un
 uf unser erben, wir geloben ouch mit truwen, ane aller slachte bose list, daz wir ewik-
 liche, deme selben, Greven Gotfride, un sinen Kinder, ob ime Got kint verliet, sulen
 helphen triweliche wider einen iklichen der da lebet ane widerz riche und daz selbe sol
 er uns tun. Ge. aber wir abe mit tode, wollent danne unser kint, an den selben tege-
 dingen, un an deme selben gelobede bliiben, daz mygent sie tun. Wollent sie des nicht,
 so sulen sie es beydert sit ledik sin. Geschit ouch daz daz krig wirdet, zwischen uns,
 un unserme vorenantem eydeme, oder unsen luten, so sol wir zwene unfer frunde kyfen,
 un her zwene siner frunde, die sulen geloben, un ober den heyligen sweren, daz sie den
 krig hyu legen, nach minnen oder nach rechte. Wurden aber die viere zweiseide, so
 sulent sie einen gemeinen byderben ubermau kyfen, der sol ouch swern un swelhen zwein
 der heistet, daz sol macht han, un daz sal man vorrichten in einem mande. Wurde aber
 der bruch an uns, oder an unferme Eydeme an sweme des bruch wirt, den die viere bese-
 gent, der sal daz entlegen in einem mande, als ez ime verbodet ist, un ob er imme lande
 ist. wer aber er imme lande nicht daz sal sten ane vare biz daz er zu lande kumet, so
 sulentz ime die viere verboten, un er sol daz entlegen in einem mande. Tut er des nicht,
 ist der bruch an uns, so sul wir ze *Treyse* in riten mit zehen ritteren, un alse lange lei-
 sten biz daz wir ime funf hundirt Marc gegeben daz selbe sol er uns ouch herwider tun
 mit zehen ritteren ze *Marpurg*. nie mer davon ze komene, ez en sie mit unserm willen
 biz daz er uns funf hundirt marc gegieben. ob er besaget wirt fon den gemeinen vieren.
 Swilich unfer ouch den andern eyschen an sine helphe der sol ime kumen un also schu-
 ren als er voer sine gerichte kumet, so sal er varen uf des kost, deme er kumet. Geschit
 ouch daz, daz der der da geboten wirt oder sine frund gefangenen vant die gefangenen
 sulent sie antworten deme in des dienste sie sind, wante er den schaden gelten sol. Wer-
 de ouch wir, oder unser lute schadehaft an unsers eydems dienste, des schaden sulen
 unfer lute zu uns warten un wir vort uf unsern eydem. Desfelben solen ouch sine Lute
 uf in warten, un er vort uf uns ob er un sine lute an unferme dienste schadehaft werden.
 Dirre sune un difses dinges sint gezuge. Greve *Heynrich fon Kastele*, Her *Heynrich de*
Truchzeze von Kastele, Her *Egkebart*, Her *Friderich un Conrat* die gebrudere fon *Byg-*
kene Her *Schade*, Her *Herman*, Her *Volprecht un Her Ludewik* die gebrudere die *Kel-*
bere, Her *Friderich Uznehove*, *Conrat* hern *Andrewes* sun un die *scheffen gemeine von*
Marpurg, *Heynrich der scriber un meister Conrat der scriber*, Her *Ludewik fon Mar-*
purg der alte un der junge fon *Abenrode* un die gebrudere die *Waltfogele* un Her *Conrat*
Fogel un die *scheffen fon Treyse un von Ruschenberg* un andirs manik byderber man;
 die ez sahen un horten daz diese sune geschach, daz wir dit veste halten un stede, daz
 han wir in triwen gelobet un ober den heyligen gefworhen un han dar uf unsern brief
 gegeben under unferme Yngesygele un under Yngesygelen, unfer lieben *Wirtin* vern *Mech-*
tilde un der burgere fon *Marpurg* un ist dit geschehen un bescriben ze *Marpurg* fon gots
 geburte *Tusent jar zweihundirt jar an deme dritten jare un deme Aehzichsten an der hey-*
 ligen *Apostolen* tage sente *Petrus un fente Paulus*.

CLXXVI.

Abbt Heinrich v. Hersfeld bestätigt der Stadt Hersfeld ihre hergebrachte
Freiheiten und Rechte.

d. 18 Dec. 1285.

Henicricus dei gratia Abbas ecclesie heresfeldensis. Recognoscimus litteris presentibus publice protestantes, quod Scabini et ciues nostri heresfeldenses dilecti nobis et fideles ad nos pariter accefferunt cum humilitate et magna diligentia postulantes, vt eos in suis libertatibus et debitis Obsequiis et consuetis ad ipsos deductis ex antiquo et quibus ipsi et progenitores eorum usi essent et gauisi temporibus predecessorum nostrorum venerabilium patrum Abbatum ecclesie Heresfeldensis permanere vtpote erat consentaneum dignaremur quorum petitionibus et desiderijs licitis et honestis annuentes dictos ciues nostros in huiusmodi libertatibus et obsequiis debitis et consuetis ad eos sic perductis gaudere et uti duximus indulgendum eis in eo in posteram sollicitudine debita prouidentes. Concessimus eciam eisdem ciuibus nostris prout ad nos deductum extitit et reperum quod ipsi tantum dabunt annuatim sexaginta talenta denariorum pro Censu petitorio qui nobis et nostris successoribus annis singulis dari debet pro rectificatione eciam ciuitatis nostre heresfeldensis et alijs necessitatibus licitis et honestis quas ipsa ciuitas nostra exigit sepius et requirit dictis ciuibus nostris duximus concedendum vt ipsi colligant et requirant, sicut est consuetum Censum qui *uogelt* nuncupatur. Si autem nos seu successores nostros ex mandato domini pape aut eius legati seu eciam romani imperii uel pro defensione terre et pace generali conseruanda facere labores contingeret et expensas, dicti ciues nostri pro sua possibilitate nobis subsidium uoluntarie ministrabunt ad expensas huiusmodi faciendas. Est eciam dictis ciuibus nostris concessum, quodsi aliquis ipsorum uel eciam alter homo aliquem hominem occiderit aut in eo grauem fecerit lesionem et idem percussor seu lefor ad aliquam aream que *Vronhobistat* nuncupatur confugerit et se receperit in eodem quod nullus officialis noster uel ipsi ciues nostri huiusmodi leforem uel percussorem inde extrahere non debeant aut eciam amoueri et eius res mobiles uel immobiles distrahi non debent, sed sub nostra occupatione et potestate tam diu salue per omnia remanebunt, donec de huiusmodi facto et Crimine secundum iusticiam et debitam excussiuem fuerit diffinitum per duos de nostro Conuentu fratres et per duos ministeriales et duos Ciues nostros qui ad hoc pro tempore fuerint deputati. Datum *Herfeldie* Anno domini M CC. LXXXV. XV. Kal. Januarii.

vidit L. Voelkel.

(L. S.)
pens:

CLXXVII.

CLXXVII.

Graf Widelind v. Battenberg schenkt dem Kl. St. Georgs bei Frankenberg,
das seine Tochter als Nonne aufgenommen, einen Hof zu Koeddenau,
N. Frankenberg.

d. 29. Jun. 1286.

(ex Orig.)

Extra testimonium tamen maxime litterale que geruntur confusioni quia subjacent multociens, Nos *Wyddekindus Comes de Battimberg* recognoscimus per presentes, Quod dilectis nobis *Elisabeth, conjuge nostra, et Hermannio filio nostro*, consentientibus, in hoc aliquantulum testamentum nobis disponendo, *filieq. nostre dilecte, Grete*, Religiose dilectionem adtendendo, Cortim quamdam in *Rudenehe* devotis in Christo Sanctimonialibus beati *Georgii* apud *Frankenberg* contulimus perpetuo possidendam. Hoc tamen scito, quod de dicte curtis proventibus, jam nominate filie nostre *G.* ministrabitur unum maldrum filiginis quolibet anno tempore sue vite, quod post mortem ipsius recurrit ad pensionem aliam cedentem de curte memorata, deserviendum Claustralium prefatarum usibus sempiternis. Pro donatione liquidem hujusmodi cupimus humiliter deprecando precibus Conventus prenarrati post obitum nostrum Domino commendari. Firmitatis autem robur hec ut inveniunt cedulam presentem nostri filiiq. dilecti nostri *Hermannii* sigilli robore duximus muniendam. Datum Anno Domini M. CCLXXXVI, Ia Octava beatorum Apostolorum Petri et Pauli.

CLXXVIII.

Landgr. Henrich verordnet, daß der Gerichts- und Marktplatz in Franckenberg
nicht mehr neben dem Kloster Caldern seyn, sondern in das Dorf verlegt
werden solle.

d. 31. Mai 1286.

(ex Orig.)

Nos *Heynricus* Dei gratia Landgravius, terre *Hasie* Dominus tenore presentium protestamur, Quod ob honorem Dei ejusq. genetricis et virginis *Marie* Conventui sanctimonialium in *Calderen* ex gratia indulsumus speciali, quod locus qui actenus fuit judicarius et forus juxta monasterium earundem, ammodo non erit, neq. locus corearum, neq. taberna, ex quibus eisdem impedimentum divini cultus generabatur, set in villa in

loco quem idem conventus sanctimonialium ad hoc deputandum duxerit, erit perpetuo locus iudicii et coree, taberna vero non in monte, set in villa erit Calderen superius memorata. Quicumq. autem hominum vel officiatorum nostrorum contra nostram hanc inhibitionem ausu temerario aliquid attemptare presumpserit, sciat se nostram et heredum nostrorum indignationem modis omnibus incursum. Dantes ipsis sanctimonialibus presens scriptum sub sigillo nostro in firmitatem debitam et robur omnium predictorum. Actum anno domini M. CCLXXXVI. pridie Kl. Junii.

Sig. Equestr.

CLXXIX.

Graf Dietrich v. Cleve weist seinem Schwager, als Entschädigung für die ausgebliebene Aussteuer seiner Gemahlin, 1200 Mark auf den Zoll in Huisen an.

d. 23. Nov. 1286.

(ex libro cop.)

Nos Theodericus Comes Cleve tenore presencium protestamur, Quod H. Lantgravius, terre Haslie Domino et Methildi uxori, ac eorum heredibus in mille ducentibus Marcis denariis. Aquen. vel eqve bonorum in recompensam dampni, quod sustinuit occasione dotis non percepte, sed assignate Sorori nostre M. predicte tenemur, quas ipsis tollendas percipiendas assignamus in nostro thelonio Husne integro, et per duodecim annos continuos jam sequentes, ita quod in festo sancti Martini hyemalis annis singulis nuncius Lantgravii seu heredum suorum sub nostris expensis in loco predicto percipiet centum marcis una cum quadringentis marcis ibidem per nos ipsis assignatis nomine dotis, quemadmodum in aliis nostris super hoc confectis litteris patentibus plenius continetur. Evolutis autem annis duodecim centum marcarum redditus ad nos et nostros heredes libere revolventur, Quadringentiarum marcarum redditibus duraturis sicut in nostris jam dictis patentibus litteris declaratur, subjicientes nos pena scripta litteris in eisdem, si contra nostra venerimus instrumenta. In cuius facti evidenciam, robur ac debitam firmitatem predicto Lantgravio et suis heredibus munitum nostro sigillo dedimus presens scriptum. Actum Anno Domini M. CC. LXXX. sexto In die beati Clementis Martiris.

CLXXX.

Gr. Johan v. Sayn u. f. Gem. Elisabeth leisten gegen Landgr. Heinrich, ihren Schwiegervater u. Vater, auf alles Erbschaftsrecht an Hessen Verzicht. *

d. 9. Aug. 1289.

(ex libro cop.)

Nos Johannes Comes Seynensis et Elyzabeth nostra dilecta collateralis recognoscimus publice protestando, Quod renunciavimus portioni, et parti hereditarie, que nos contigerit vel contingere posset in futuro, ex devoluzione patris et domini nostri Lantgravi, terre Haslie domini, in morte ipsius vel in vita, renunciantes etiam omni juris suffragio ecclesiastici et civilis per quod hec renunciatio possit imposterum viciari. In cuius rei evidenciam et renunciacionis testimonium presens scriptum prefato domino Lantgravo ac suis heredibus dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratum. Actum anno domini MCCXXXIX. Nona die Augusti Indictione prima.

CLXXXI.

Landgr. Heinrich v. H. begiebt sich gegen das Kloster Hasungen, nachdem ihm die dahin gehörigen Briefe seiner verstorbenen Mutter u. Voreltern vorgezeigt worden, aller Ansprüche an die Capelle zu Wolfschagen.

d. 9. Jun. 1289.

(ex Orig.)

Ne ea que sunt in tempore simul cum lapsu temporis evanescant poni solent in linguis testium et scripture memoria perhennari. Hinc est, Quod nos Heynricus dei gratia Lantgravius terre Haslie dominus tenore presentium protestamur, et ad notitiam tam presentium quam etiam futurorum cupimus pervenire, quod cum quedam disensio inter nos ex una, super jure patronatus, capelle site intra muros *Wolfschayn*, que filia est, et fuit ab antiquo matris ecclesie in *Schutzehere*, et Abbatem ac Conventum ecclesie in *Hasungen* ordinis sancti Benedicti, Maguntine dyoc. ex parte altera verteretur, tandem exhibitis instrumentis, datis ex parte matris nostre felicis recordationis, et ex parte progenitorum nostrorum liquide cognovimus, et veraciter intelleximus, etiam confirmatione papali nobis exhibita, jus patronatus capelle predicte Ecclesie in *Hasungen* debere et nulli

* Buchenbeckern Anal. Hasf. Coll. VIII. p. 387. war ein Excerpt dieser Urf. mitgetheilt worden, daß aber ganz irrig die sinnverdrehende Worte quae nos contigerit - ex devoluzione matris - - Lantgravi terre Haslie enthielt, da in der Urf. selbst vielmehr allein von dem Vater die Rede ist.

alteri attinere, unde nos matura deliberatione prehabita litteras matris nostre super iure patronatus capelle predicte nostro nomine presentibus duximus confirmandas et firmiter roborandas, ita quod prefatus Abbas et Conuentus possint et debeant perpetuo conferre eandem capellam cum sua matre sacerdoti seculari, viro ydoneo et legali ac litterato, qui sibi non alium vicarium substituat, sed in persona propria in Wolschayn residentiam faciat, quod idem Abbas et Conuentus promiserunt firmiter se facturos. Insuper addimus confirmando, quemadmodum in litteris papalibus et domini Archiepiscopi atque Capituli Maguntini extitit confirmatum, quod salva sit ipsis domino videlicet Abbati et Conuentui in Hasungen annua pensio, que ab eadem capella et vicario ipsorum ibidem consueta est derivari, quam a nullo hominum volumus aliquvaliter immutari. In cuius facti evidenciam, robur et debitam firmitatem prelibatis domino Abbati et Conuentui in Hasungen sub nostro sigillo presens scriptum duximus muniendum. Datum et Actum Anno Domini M. CCLXXXIX. v. Idus Junii.

CLXXXII.

Abbt Henrichs v. Hersf. Verordnung wegen Gerichtsverfassung, Zöllen, Münzen, Abgaben in seiner Stadt Hersfeld,

d. 14. März 1289.

(ex Orig.)

Henicus dei gratia Abbas ecclesie hersfeldensis. Cum circa nostre ciuitatis hersfeldensis Jura et consuetudines approbatas a nostris predecessoribus Abbatibus obseruatas et ad nostra tempora diligenti obseruantia perductas ex debite Officio prouidentie et sollicitudine intendere debeamus, vt ad utilitatem et honorem nostre ecclesie et ciuitatis dicte huiusmodi iura et Consuetudines in posterum firmiter obseruentur videlicet ista, quod omnia illa que de occisione hominum et de uulneribus factis per gladium coltellum seu per lignum et lapides lesione graui in iudicio uel proneniunt per emendam cedere debent nobis, reliquis uero causis Scultetus noster qui pro tempore fuerit institutus iudicabit iuxta sententias Scabinorum nisi per appellacionem ad nostram presenciam uel per aliam causam legitimam deferantur Officiales nostros et familiam nostre Ecclesie et nostram nostro iudicio referuamus. Emende autem que dicuntur *Wethe* que nobis cedunt maiores sunt tria talenta, minores uero unum talentum. Sed sunt secundum gratiam minnende, Sculteti autem sunt quinque solidi denariorum secundum gratiam eciam adhibendam, Si quis enim pro nigniti solidis denariorum coram seulteto mouerit questionem debitorum ipse Scultetus sex denarios recipere consuevit inde, de decem autem solidis tres nummos habebit, est eciam ex consuetudine inductum quod quando nos uel nostros successores scultetum instituere contingat de nostris scabinis ad hoc sunt aliqui affamendi; Item hec circa monetam nostram sunt obseruanda quicunque vendit pannum laneum aut lineum, vinum equos Ceruissiam seu pernas inde recipere poterit argentum denarios aut aliquid tale iuxta ualorem suum

cuuscunqne sint monete, de aliis autem rebus uendendis denarii sunt dandi Si autem habetur argentum aut denarii alterius monete sunt apud nostros monetarios cambiendi Item de theloneo hec feruentur. Quicunqne aliquid pro uiginti solidis denariorum uendit quatuor denarios inde dabit de curru portante annonam eciam sunt quatuor nummi dandi de carrunca, duo denarii dabuntur. Si autem aliquis hospes alienus Scarlaticum uendit pannum solidum inde dabit de aliis pannis telonicis quatuor denarii dabuntur, de aliis nero pannis simplicibus quibuscunqne vnum nummum, Si autem aliquis emit de panno lineo centum ulnas quatuor denarios inde dabit de quinquaginta duos nummos pro sex solidos duos nummos pro decem tres denarios pro alio numero usque ad uiginti vnum denarium de aliis obulum usque ad sex denarios de quibus nichil est dandum de Sacco frumenti quem portat equus aut aliud animal siue homo vnum obulum de carrata uini de ceruissia quatuor denarios de dimidia Carrata duos denarios de centenario cere aruine et Sepi duos denarios de pondere lane quod dicitur cluden vnum denarium de filis eiusdem ponderis duos de pellibus equorum et vaccarum denarium, de aliis pellibus obulum de humulo quem homo portat denarium Item de equo duos de vacca vnum de porco de oue et de capra obulum. Pisces serine, Calige et calcei a teloneo sunt exempte Item de bracio colligendo in ciuitate nostra quod nos nostro conuentui ad tempus assignauimus Colligendum est taliter ordinatum quod duo domini de conuentu nostro assumptis ad hoc duobus Scabinis debent estimare quantum quiuis possit dare Et Scultetus cum nuntio nostri Conuentus requirere debet huiusmodi bracium et qui non dederint Scultetus impignorare debet eos ex huiusmodi pignus debet dicto Conuentui presentare propter quod faciendum Octo quartalia bracii dantur sibi et (sic) *Bulcellum* unum. Datum *Hersfeldie* anno domini M. CCLXXXIX. II. Non. Marcii.

Vidit. L. Voelkel.

(L. S.)
pens:

CLXXXIII.

Ludwig Hr. zu Ysenburg bescheinigt, daß die Güter in Eichelhain zu den Gütern in Herchenhain gehören, womit er seine an Gr. Engelbert von Ziegenhain vermählte Tochter, Heilwig, ausgesteuert.

d. 9. Jun. 1289.

(ex Orig.)

Nos Ludewicus dominus de Ysenburg, nec non Helwigis conthoralis sua, ad notitiam omnium ad quos presens scriptum pervenerit, cupimus pervenire. Quod bana in villa *Eygelshain* attinent seu incorporata sunt bonis ville in *Herchenhain*, que *Engelberto* filio nobilis viri *Ludewici* Comitis de *Cygenhain*, cum *Helwige* filia nostra dilecta, con-

juge ipsius, pro dote seu dotalicio dedimus possidenda. Dantes predictis genero nostro, ac uxore sua filia nostra, ut in prefatis bonis Eygelshain eqve jus habeant, quod ex donatione nostra predicta in bonis Herchenhain habere videntur. In cujus rei testimonium presens scriptum pro nobis ac omnibus liberis traditum Sigillo nostro placuit communiri. Datum anno domini MCCLXXXIX. in die beatorum Primi et Feliciani.

CLXXXIV.

Walther v. Lisberg verkaufte dem Kl. St. Johann bei Hersfeld seine lehnbare Güter in Salmanns.

d. 2. Aug. 1290.

Nos *Waltherus de Libesberg et Alheidis uxor ejus* Recognoscimus et notum facimus universis iudicibus litterarum, quod communicata manu pari consensu et urgente necessitate compulsi vendidimus iusto vendicionis titulo, tradidimus et tradimus tradicionem legitima, honorabili viro domino *Wernhero preposito et conventui monasterii montis sancti Johannis prope Hersfelt ordinis Sancti benedicti Herbipolensis dioecesis*, omnia bona nostra que in villa *Salmannes* habuimus et possedimus titulo feudali ab ecclesia herfueldensi, videlicet nemora, mansos, pascua piscarias cum advocacia et universis pertinentiis, juribus et jurisdictionibus et aliis rebus quocunque nomine poterunt nominari pro quinquaginta talentis denariorum suldensis monete quos ab eis recepimus et in usum nostrum convertimus, Renunciantes pro nobis et nostris heredibus uniuersis exceptioni pecunie non numerate non tradite non solute, permittimus etiam quod de omnibus huiusmodi bonis faciemus prefatis preposito et conventui iustam warandiam iuxta terre consuetudinem generalem, item promittimus bona fide, quod si dictos prepositum et Conuentum de ipsis bonis non poterimus warandare, ego *Waltherus de Libesberg* prenotatus opidum *Herfueldensem* et ego *Fridericus de Slitese* miles opidum suldense moniti super eo statim monicione facta intrabimus et non exhibimus opida prefata donec dicti prepositus et Conuentus de dictis bonis fuerint legitime warandati. Huius rei testes sunt *Wiegandus* dictus *Tahse* miles, *Eckehardus* Thuringius *Conradus* dictus *Tahse* *Bertholdus* de Lutere *Hermannus* *Hebelere* *Heinricus* *Eberwini* et quam plures alii fide digni. Datum Anno domini M. CC. LXXX. III. Nonas Augusti Ego *Fridericus de Slitese* miles in recognitionem et testimonium omnium prescriptorum Sigillum meum cum sigillo patris mei *Waltheri* etiam duxi huic littere apponendum.

(L. S.)
pens:

(L. S.) vidit L. Voelkel.
pens.

CLXXXV.

Graf Widekind zu Battenberg schenkt dem Kloster St. Georgenberg bei Franckenberg einen Hof in Röddenau.

d. 12. Mai 1291.

Nos Wydekindus Comes de Battenberg notificamus omnibus auditoris hanc paginam et visuris, quod dilectorum nobis Elyzabeth collateralis nostre, Hermanni filii nostri ceterorumque heredum meorum habito consensu, pro remedio anime nostre curiam nostram in villa Rudens sitam cum universis suis proventibus contulimus in Christo devotis sanctimonialibus beati Georgii extra muros Franckenberg iure proprietatis perpetuo possidendam, cupientes ipsarum orationibus post obitum nostrum in Domino commendari. Ut autem huiusmodi donatio firmitatem obtineat, presentem cedulam desuper conscriptam sigilli nostri munimine et dilecti filii nostri Hermanni duximus roborandam.

Actum et datum anno Domini MCCXCI. III. Idus Maii. *

CLXXXVI.

H. v. Franckenstein verkauft eine von Hersfeld lehnbare Insel auf der Werra, bei dem Lehenhof Rienau, an das Kloster Frauensee.

d. 13. Apr. 1293.

In nomine sancte et individue Trinitatis H. nobilis de Frankinsteyn, omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in domino. Que gerantur in tempore de facili evanescent cum tempore in lingua testium, vel scripture memoria perhentur. Sciant ergo presentes et futuri temporis posteritas quod nos H. de Frankinsteyn ex beneplacito et Consensu H. et Lv. filiorum nostrorum et omnium heredum nostrorum quandam insulam circumfluentem fluvio Werra adiacentem ville que Rona nuncupatur quam tenuimus de manu domini Abbatis ecclesie Hersfeldensis uendidimus ecclesie in Laco ad usus sanctimonialium que ibidem die noctaque Deo et beato Marie deuotissime famulantur pro tribus marcis Yfenacensis monete iure perpetuo possidendam remittentes libera resignatione per Johannem de Benhufen Scultetum in Ceginbere ad manus domini Abbatis jamdicti cum omnibus heredibus nostris iuri nostro penitus abrenunciando Igitur ut emptio

* Der Vater führt das grose Siegel, der Sohn das runde.

Nos Lodewicus dei gratia Comes de Eversten senior - recognoscimus - quod - dedimus ecclesie in Hokelheim proprietatem duorum mansorum sitorum in Vorstede et omnium pertinentium mansis eisdem in aquis, pascuis, agris, arcis, casis, silvis etc. - M. CC. XCII. Kal. Jul.

ipsius ecclesie et nostra nostrorumque uendicio et resignatio firma permaneat perpetuis temporibus et inconuulsa. Hoc scriptum nostrum predicto Clauistro dedimus et illud sigilli nostri appensione fecimus communiri Testes huius facti sunt *Ludewicus* plebanus de *Cegeberc* *Nicolaus* viceplebanus in *Salzungen* *Johannes* de *Benhofen* *Albertus* de *Wilbrechtrode*. *Bertholdus* de *Wilbrechtrode* *Bertoldus* de *Bernoldeshufen* *Bertoldus* de *Salza* et alii quam plures fide digni. Datum in *Salzungen* Anno domini M.CC.LXXXXIII. III. Idus april.

uidit. L. Voelkel. (L. S.)
pens:

CLXXXVII.

Erzb. Gerhard v. Mainz erklärt gegen den Dechant zu Kesterburg, da die Pfarrkirche zu Franckenberg dem dortigen St. Georgskloster einverleibt sei, eine durch einen benannten Geistlichen von dem Pabst erschlissene Collatur derselben für nichtig.

d. 21. Jul. 1263.

Gerhardus dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius dilecto in Christo Decano in Kesterburg salutem in domino. Significarunt nobis Abbatisa et . . Conventus sanctimonialium Monasterii Sancti Georgii apud Frankenberg, Ordinis Cysterc. Quod licet jam dudum Ecclesiam parrochiale in Frankenberg nostre dyoc. ex causis legitimis et motivis incorporauerimus seu uniuerimus Monasterio sancti Georgii predicto, Ita, quod, Abbatisa et . . Conventus ejusdem Monasterii proventus ipsius Ecclesie suis usibus ualeant applicare, assignata . . preposito, qui pro tempore officia bitur eandem congrua ipsius Ecclesie reddituum portione, unde honeste sustentari possit, et supportare onera, que incumbent nostro, . . successorum nostrorum, . . Archidiaconi-loci, et cuiuslibet alterius in omnibus iure salvo. Quidam tamen Gerlacus clericus dictus Goyz de Frankenberg de dicta Ecclesia auctoritate sedis Apostolice ut asferit, se investiri procurauit de facto potius quam de iure. Quare cum dicta Ecclesia sic ut premititur per nos unita, prout in litteris nostris super eo confectis plenius continetur, nec de iure nec de facto vacare dinoscatur, predictam investituram, et quicquid ex ea, vel ob eam subsecutum est, casamus et irritamus, siue casum et irritum presentibus nunciamus. Discretionem tue mandantes, quatenus dictam investituram irritam nuncies atque casam, unionem nostram premissam de ecclesia pronominata, sicut provide et rite facta est, friciens inuolabiliter observari. Volumus etiam ut Wernhero de Howilre Sacerdoti eandem Ecclesiam in Frankenberg auctoritate nostra regendam et offician-

dam committas, donec eisdem Monasterio et Ecclesie ad presentationem . . Abbatisse et . . Conventus predictarum per nos vel auctoritate nostra seu . . Archidiaconi loci ad quem institutio in dicta Ecclesia pertinet de persona idonea provideatur, que in temporalibus et spiritualibus Monasterium et Ecclesiam hujusmodi utiliter valeat gubernare. Datum apud Frankenvord XII. Kl. Augusti. Anno Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Tercio.

CLXXXVIII.

Ritter Ulrich v. Escheberg sagt dem Landgr. Heinrich benannte Lehen auf, und nimmt sie wieder von ihm zu Burglehen auf die Stadt Wolfshagen.

d. 8. Aug. 1293.

Ego Ulrichus miles de Escheberg tenore presentium protestor et ad notitiam omnium tam presentium quam futurorum cupio pervenire, quod una cum meis coheredibus Reverendo domino meo Heinricho Lantgravo, terre Hasfye domino, ac suis liberis, quatuor marcarum redditus, denariorum gravium in bonis meis Besse, molendino Hasungen et in decima Langele juxta Wolfshagen sita, que jure proprietario possedi, resignavi, Recipientes una cum dictis meis coheredibus dictos Redditus in feudum castrense hereditarium, ab eisdem perpetuo in opido Wolfshagen nichilominus possidendum. In cujus rei testimonium presens scriptum dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum anno Domini incarnationis millesimo Ducentesimo nonagesimo tercio VI. Idus Augusti.

CLXXXIX.

Gr. Otto von Eberstein oder von Polle öfnet dem Landgr. Heinrich alle seine Schlöffer, und sagt ihm seine Hülfe gegen alle Feinde zu.*

d. 8. Nov. 1293.

Nos Comes Otto de Eberstein sive de Polle, nostrique heredes tenore presentium protestamur et ad univerforum notitiam cupimus pervenire, quod omnia castra nostra sive munitiones, tam habita, quam habenda, illustri principi domino H. terre Hasfye Domino, et suis heredibus ac amicis perpetuo patebunt, et aperire tenebimur, atq. astare, ac juvare pro totis nostris viribus consilio et auxilio, omni fraude ac dolo exclusis, contra quoslibet eorum inimicos et molestatores tanquam castrenses fideles, prout nostram honestatem concedet, et honorem. Ad hoc observandum inviolabiliter nos ac nostros heredes

* Ich habe mich auf diese Urk. schon B. II. S. LIX. S. 889. not. 5. bezogen, und einem kurzen Auszug davon geliefert.

Von Polle s. Gruben orig. Pym. p. 106. Leyser hist. Comit. Eberst. p. 45.

prelibato principi, domino nostro *Lantgravio Hasie* ac suis heredibus cum appensione nostri sigilli literis presentibus obligamus. Datum et actum *Marpurg* anno Domini *MCCCXC* tertio. VI. Idus Novembris Indictione septima.

CXC.

Dieno v. *Raspenberg* nimmt die durch *Henrichs v. Habersleben* Absterben erledigten Güter in *Brembach* von der Abtei *Hersfeld*, gegen einen jährl. Zins, in erblichen Besiz. *

d. 30. Jul. 1294.

Uniuersis hanc litteram inspecturis Ego *Dieno de Raspinberg* cupio esse notum quod omnia bona siue in possessionibus seu rebus aliis uel quocunque nomine censeantur sita in *Brantpach* ecclesie in *hersfeld* ex morte *Henrici de Hardersleybin* legitime uacancia a conuentu ecclesie prenominata cum meis heredibus recepi. iure hereditario quiete et pacifica possidenda Ita sane quod predicto conuentui et mei heredes in festo beati Martini annis singulis inde dabo vnam Marcam legalis Argenti quam ipsi conuentui seu ejus nuncio in *Salza* sub periculo meo et expensis presentabo. si uero in huiusmodi solucione negliens fuero uel remissus ac in posterum mei heredes ex tunc omne dampnum quod dicto Conuentui ex tali negligencia solucionis incurrerit solvam integraliter et deponam nichilominus mei et meorum heredum de bonis sepedictis veri warandatores esse se promittunt. In huius rei Testimonium hanc litteram munimine Sigillorum *Comitis domini Ludowici de Halberg* et nobilsi viri *Henrici de Helderungin* petiui roborari. Datum anno domini *MCC. Nonagesimo quarto III. Kalend. Augusti.*

vidit L. Voelkel.

* Die Dörfer *GrosBrembach* u. *Habersleben* geben einem *Weimarischen* Amt den Namen, welches unter andern auch das Städtchen u. wüste Schloß *Raspenberg*, unweit der *Losse*, begreift. Die folg. Zeit. *CXCVII.* unterschreibt ein Ritter *Hermannus de Raspenberg*. Aus beiden Beispielen erhellt, daß dieses Schloß, u. das darnach benannte Städtchen, ursprünglich *Raspielen* hieß, nicht *Raspenberg*, oder *Rassenberg*, wie es jetzt fehlerhaft geschrieben wird. Ich werde diese Bemerkung zu andrer Zeit weiter brauchen.

CXCI.

Jordan Ritter von Murment quittirt den Landgr. Henr. über 50 Mark, und läßt sich die übrigen 50 M. auf den Clevischen Zoll zu Huisen anweisen, wogegen er ihm die Hälfte des Busches Werdehalt zu Lehen aufträgt.

d. 17. März 1295.

(ex Orig.)

Ego Jordannus, miles de murment una cum meis heredibus tenore presentium recognosco, et ad universonam noticiam cupio pervenire, Quod illustris vir, dominus Lantgravius terre Hasie de Quinquaginta marcis denariorum legalium et bonorum quemadmodum promiserat, me pagavit. Residuas vero Quinquaginta marcas, mihi ac meis heredibus tollendas, et percipiendas, assignavit in theloneo Husne a festo beati Johannis baptiste nunc proximo ad quinquennium, annis singulis in eodem festo decem marcas, sicut in litteris super hoc confectis plenius continetur. In cujus pecunie recompensam, ipsi domino Lantgravio ac suis heredibus, ego Jordanus et mei heredes, damus et assignamus, annis singulis decem marcarum redditus, in medietate rubi nostri, qui vulgo dicitur *Werderhalt*, cum fundo ac proprietate medietatis ipsius rubi ab ipso domino Lantgravio, et suis heredibus, titulo feudi perpetuo possidendos. Ita quod ob hoc feudum ego *Jor.* et mei heredes ipsi domino et suis heredibus *homagio perpetuo* tenebimur bona fide. In cujus rei evidentiam, robur ac debitam firmitatem ipsi domino Lantgravio ac suis heredibus cum appensione sigilli, spectabilis viri, domini *Th. Comitis Cleven.* et mei sigilli appensione tradidi presens scriptum. Actum anno domini M. CCXCV. Indictione VIII. In die beate Gertrudis.

(Sig. Equest.)
(Theodorici.)

CXCII.

Die Brüder Widekind und Berthold v. Schwarzenberg verkaufen dem Landgr. Heinrich vielerlei Güter und Gefälle.

d. 28. Sept. 1295.

In nomine Domini Amen. Nos *Widekindus* et *Bertholdus* fratres de *Swarzenberg* ad noticiam tam presentium quam futurorum cupimus pervenire, quod inclito principi, domino nostro Lantgravio, *Heinrico*, terre *Hasie* domino, et domine *M. childi*, collateralis sue atque ipsorum veris heredibus, curiam sitam in *Waldahe*, cum nostra parte decime ibidem et omnes redditus denariorum nostrorum in *Volchane* et octo maldra annone singulis annis

in *Crumbach*, mediam partem decime in *Elgershusen*, unum maldrum tritici in *Venne*, mediam partem allodii in *Curle*, mediam partem arce castri *Swarzenberg*, quartam partem decime in *Milsungen*, omnem monetam ibidem. Item mediam partem allodii in *Rotenberg*, cum allodio sito juxta castrum *Rotenberg*, que *Thammo* miles et *Vollecop* habent in feudo a Domino nostro Lantgravio prefato, vendidimus, resignavimus atq. damus presentibus, tali jure, quo possidebamus, perpetuo possidenda. Et ne de nostra venditione aliquorum vacillet opinio presentem literam nostram conscriptam, quia proprio sigillo caruimus, sigillo civitatis in Casle et domini *Gizonis de Cigenberg* dedimus communitam. Testes hujus sunt *Ludevvicus*, miles, dictus *Kalp*, *Thammo* de *Alenhufen*, *Johannes Rithefel*, milites, *Wernherus* de *Gesmaria*, *Heinricus Conradi* et *Conradus de Gudensberg*, scabini in Casle et alii quam plures fide digni. Datum in Casle anno Domini M. CCXC quinto, quarto Kal. Octobris.

CXIII.

R. Adolph nimmt alle Thüringer, die den Landfrieden beschworen, in seinen Schuß.

d. 13. Nov. 1295.

Nos *Adolfus* dei gratia Romanorum rex semper augustus. Recognoscimus per presentes publice profitendo, quod univ[er]sos Nobiles, ministeriales, Civitates et incolas Turingie, qui pacem generalem per nos instaurandam jurarunt vel jurabunt, manutenebimus et defendemus ab injuriantibus sibi, non diminuendo jura eorum aliquatenus vel honorem, sed ea graciosius adaugendo, quamdiu se erga nos, imperium et pacem juratam habebunt et tenebunt bene, legaliter, et rationaliter ut tenebitur, jure Imperii in omnibus tamen salvo. Datum in *Ijenach*, Idus Novembris Anno Dni MCCLXXXV. regni vero nostri anno quarto.

CXIV.

Landgr. Heinrich giebt dem Nonnenkloster Caldern seinen Wald, der Hohenberg genant, gegen einen jährl. Fruchtzins, ein.

d. 28. Apr. 1296.

(ex Orig.)

Nos *Heinricus* dei gratia Lantgravius, terre *Hassie* dominus hijs scriptis recognoscimus, et ad noticiam univ[er]sorum christi fidelium volumus pervenire, quod cum bona voluntate *Methildis nostre contectalis dilecte*, omniumq. puerorum nostrorum, *Conventui*

sanctimonialium in Kalderu silvam nostram dictam Hohenberg cum fundo et cum omni jure, decima duntaxat excepta, dedimus, donavimus et assignavimus quiete et pacifice perpetue possidendam, et ad faciendum cum eadem silva quicquid dictis monialibus videbitur expedire, Ita tamen, quod antedictus conventus sanctimonialium in Kalderen in recompensam dicte donacionis nostre quatuor maldra filiginis et quatuor maldra avene perpetue nobis et nostris heredibus annis singulis erogabunt. In hujus rei evidenciam presens scriptum cum appensione nostri sigilli dedimus roboratum. Datum anno domini M. CC. Nonagesimo VI. III. Kalendas Maji.

Sig. Eq.

CXCIV.

Die Gebrüder von Hausen sagen dem Edgr. Henrich ihre Lehengüter in Wseln auf, und bitten, den Alberich von Vorstenwald damit zu belehnen.

sine d.

Inclito principi domino *Heinrico, terre Hasfie Lantgravio, Heinricus, Sanderus et Wernherus germani dicti de Husen* paratam in omnibus serviendi voluntatem. Noverit vestra nobilitas nos nostrum allodium in *Wseln* et tres mansos ibidem ad ipsum pertinentes, quos a vobis in feodo habuimus et possedimus, cum omnibus redditibus iuribus et proventibus discreto viro *Alberico de Vorstinwalde, Hyldegundi, sue legitime uxori, Lamberto eorum filio et eorum omnibus veris heredibus hereditarie vendicionis titulo vendidisse, vobis resignantes eadem vendita, prout jure debemus, vestram generositatem intime deprecantes, ut ipsa eisdem emptoribus conferre dignemur more solito et consueto. Datum Grevenstein nostris sub sigillis.*

CXCVI.

Ritter *Werner* genant v. *Westerburg* sagt dem Edgr. *Henrich, f. Gem. Mechtild, u. ihren Söhnen Johann u. Ludwig, seine Hilfe gegen ihre Feinde zu, öfnet ihnen sein Schloß Borcken, u. will es ihm, im Fall er es verkaufen wollte, zuerst anbieten.*

d. 8. Apr. 1297.

Ego *Wernherus, miles, dictus de Westerburg et mei legitimi heredes, tenore presentium protestor et protestamur et ad noticiam omnium tam presentium quam etiam futurorum volo ac volumus pervenire, Quod illustribus principibus, domino meo Heinrico, Lantgravio, terre Hasfie domino, inclite domine mee Mechtildi, Lantgravie, ejus contine-*

rati *Johanni et Ludovico, eorum filiis*, fide data promisi et nomine meorum heredum, adhibito corporalis sacramenti juramento, amiculari, famulari et cooperari toto nostro posse fide et fideli operis executione omnibus dubiis, questionibus, dolis ac aliis quibuscunque nominibus censeantur exclusis, contra omnes ipsos intendentes molestare, et cum *castro Borcken* hoc ipsis patebit cum voluerint et cum requisierint pro beneplacito ipsorum voluntatis, adeo prompte et expedite, sicut propria castra et munitiones eorundem. Quod quidem castrum *Borcken* cum suis pertinentiis mihi *Wernhero de Westerburg* prenominate et meis heredibus, salvis omnibus, domino meo *Henrico Lantgravio, domine mee Mechtildi Lantgravie, Johanni et Ludewico* fratribus, filiis eorum supra scriptis justo titulo feudali contulerunt, et nos ab eisdem presentibus profiteamur recepisse, hoc tamen acto expresse, quod si me videlicet *Wernherum* vel meos heredes supra scriptos dictum castrum *Borcken* cum suis et illorum pertinentiis vendere, exponere vel alienare contingerit, ipsis principibus domino *Lantgravio, sue conthorali, Johanni et Ludewico* eorum filiis supra nominatis ad comparandum vel emendum primitus offeremus, et emptionem hujusmodi faciemus et venditionem de consilio duorum amicorum nostrorum, et dominus meus *Lantgravius, sua conthoralis, Johannes et Ludewicus* eorum heredes de consilio duorum eorum amicorum, quorum taxationi seu disinctioni stabimus et parebimus, prout videbitur expedire. Si vero prenominati principes et nos in tali emptione concordare non poterimus, cuiusque postmodum vendidimus vel exposuerimus castrum memoratum cum suis appendiciis, ille, vel illi tenebunt, ab ipsis principibus in fendo, sicut et nos tenuimus, cum omnibus conditionibus dictis principibus salvis ut superius est expresse. In quorum evidenciam ego *Wernherus* et nomine meorum heredum presens scriptum do et ego *Henricus de Rumerode Marscalcus* nostris sigillis roborarunt. Testes *Henricus de Itere, Otto de Falkenberg, Henricus Marscalcus de Rumerode, Lud. Kalp, Guntramus Advocatus, Volpertus Colle, Thammo de Alnhusen, Johannes Ritesel* et alii quamplures fide digni. Actum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, sexto Idus Aprilis.

CXCVII.

Die Grafen *Gunzelin* u. *Henrich* von *Weichlingen* bestätigen den *Nonnen* zu *Colleda* alle Güter, die sie von ihm, u. seiner Familie erworben haben.

d. 27. Jun. 1297.

Quia operatio humana faciliter labitur a memoria. idcirco necessarium est, ut acta hominum literarum testimonio perhennentur. Notum igitur facimus uniuersis christi fidelibus hanc literam inspecturis quod nos *Gunzelinus et Ludewicus (Henricus)* fratres dei gracia *Comites in Bichelingen* dedimus ob reuerenciam diuine pietatis conuentui *Sanctimonialium in Colleda* omne ius nostrum quod habere dinoscimur in bonis earundem sanctimonialium que a nobis et a predecessoribus nostris; hoc est a fratre patre uel auo titulo

donationis emptionis uel concambio comparauerunt. abrenunciantes omni in petitioni nec non actioni quam habere possemus ratione talium honorum contra Conuentum sanctimonialium predictarum. Ut ergo hoc nostrum factum atque nostra donatio a nobis et a nostris successoribus firmiter obseruetur hanc literam inde confectam dedimus iam prefato Conuentui Sanctimonialium nostrorum Sigillorum appensione firmatam. Testes huius sunt *Hermannus de Raspenberg Cunradus de Colleda, Herdeinus de Beringen Hermannus de Vronsdorf, Fridericus de Heremeleben Fridericus de Vtestete, Henricus de Harraz, Dittericus Saxo. Gunterus Aduocatus de Loberingen* milites et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec Anno domini M.CC.XCVII. quinto Kalendas Iulii.

(L. S.)

pens:

vidit L. Voelkel.

(L. S.)

pens:

CXCVIII.

Igr. Heinrich weist dem Werner v. Besse ein Burglehn auf Felsberg an, und bessert auch dem Friedrich v. Felsberg sein altes Burglehn darauf.

d. 10. Jul. 1297.

(ex Orig.)

Ad noticiam omnium, tam presencium, quam futurorum. Nos *Henricus* dei gratia Lantgravius terre *Hassie* dominus volumus pervenire, Quod dilectis nobis *Wernhero de Besse* et suis heredibus damus, assignamus et concedimus quinque marcas denariorum gravium in precaria nostra *Felsperg*, singulis annis in festo *Michahelis* percipiendas, pro feudo castrensi hereditario quamdiu castro *Felsperg* morantur, et nobis, *Machtildi nostre conthorali*, et nostris heredibus famulantur. In meliorationem etiam antiqui feudi castrensis *Friderici de Felsperg*, quod a nobis dinoscitur dudum possidere, ut nobis, nostre conthorali et nostris heredibus valeat famulari eo melius et decentius eidem *Friderico* et suis heredibus damus et assignamus duas libras denariorum usualium in festo *Michahelis* de precaria nostra *Felsperg* singulis annis percipiendas, conditionibus superius expressis nobis salvis. In quorum evidenciam presens scriptum damus nostro sigillo roboratum. Actum anno domini M. CCXCVII. Sexto Id. Julii.

CXCIX.

Die Brüder Henr. u. Ludw. v. Franckenstein verpfänden dem Probst zu
Kreuzberg das Fischwasser zu Tieffenhart.

d. 25. Nov. 1297.

Que geruntur in tempore ne simul labantur cum lapsu temporis solent poni in lingua
testium et scripture memoria perhennari. Nequeat igitur tam presentibus quam futu-
ris. omnibus presentem paginam inspecturis quod Nos *Heinricus* et *Ludowicus fratres dicti*
de Franckenstein vnanimi Consensu nostrorum Collateralium Domino preposito in *Cruzeberg*
piscariam in Thiphenhart dedimus pro X. marcis vsualis argenti emptionis tytulo libere et
absolute tali condicione adiuncta quod quandocunque nos aut nostri heredes predictam pis-
cariam reemere volumus predictus prepositus vel suum Cenobium *Cruzebergense* nobis
reddere tenetur pro precunia memorata. Et ut hec premissa per nos et nostros heredes
inviolabiter obseruentur presentem paginam ante dicto domino preposito et suo cenobio
supradicto dedimus nostrorum Sigillorum roboratam munimine in testimonium super eo.
Huius rei testes sunt *Gotefridus Swinrude Albertus de Willebrechterode Ernestus de Lenge-
ueilt Conradus de Wilere* et alii quam plures fide digni. Datum *Salzungen* Anno Domini
M. CC. Nonagesimo VII. in die beate *Katerine* virginis.

(L. S.)
pens:

(L. S.)
pens.

vidit L. Voelkel.

CC.

Krafft von Graschaf verspricht dem Igr. gegen alle seine Feinde, nur allein den
Gr. v. Waldeck ausgenommen, sowohl in eigener Person, als durch sein
Schloß Norderna, als dessen treuer Burgmann, beizustehen.

d. 3. Dec. 1297.

(ex Orig.)

Ego *Kraphto de Graschaph* tenore presencium protestor, et ad noticiam omnium tam
presencium quam futurorum cupio pervenire, quod Illustri principi, domino meo
semper reverendo, *Heinrico, Lantgravio terre Hasse* domino, domine mee *Mechtildi, Lantgra-
vie, sue conthorali*, ac ejus filiis ac heredibus, fide data promisi, adhibito corporali sacra-
mento, presentibus quam plurimus fide dignis, fidem et fidelitatem, tanquam verus, lega-
lis et legitimus castrensis observare, ac eis aminiculari rebus, corpore ac toto posse, fraude,
dolo ac omnibus conditionibus preexceptis, contra quoslibet ipsos intendentes molestare
et

et perturbare, nec non castro meo *Nordernahe* et aliis castris quibus in posterum divina gratia me duxerit secundandum, *domino de Waldecken* preexcepto, Ita sane, si quid dubietatis seu rancoris, vel discordie inter dictos, dominum meum Lantgravium dominam meam Lantgraviam ejus conthoralem, filios et heredes dicte domine mee Lantgravie ab una parte, et dominam *C. Comitem de Waldecke* ab altera eveniret, media persona ero, nulli eorum servitium in alterum faciendo. In cujus robur presens scriptum do meo sigillo roboratum. Actum anno domini MCCXCVII. III. Non. Decembris. *

CCI.

Gr. Otto v. Waldeck verzieht gegen den Bischof von Paderborn auf die Burg Blanckenrode, und die Marck, worin sie gelegen ist.

d. 13. Aug. 1298.

Nos Otto Comes de *Waldecke* tenore presentium publice protestamur Quod discordia sive dissentio inter Reverendum dominum nostrum, dominum *Paderbornensem Episcopum*, Ecclesiam suam et diocesim ex una, et nos ex parte altera, occasione edificii *Blanckenrode*, suborta, in hunc modum et sub hac forma amicabilem et totaliter est sedata videlicet quod nos, *Sophia uxor nostra legitima*, ac heredes nostri legitimi de communi consensu et libera voluntate, ab omni impetitione et jure, quod in situ edificii predicti, tam in castro quam in oppido, et si quid juris in ipsa marcha habuimus, in qua ipsum edificium erectum est, cum agris cultis et incultis, silvis, pascuis, pratis, nemoribus, aquis, aquarum decursibus, viis et inviis, ac aliis quibuscunque ad ipsam marcham, antequam ibidem structura erigeretur pertinentibus, prorsus et totaliter nos avertimus et recedimus, et omni impetitioni et juri, quod in his habere videbamus et poteramus, renunciamus in perpetuum. Et ut hujusmodi compositionis ordinatio per nos seu heredes nostros infringi non valeat, neque possit, presens scriptum nostro et *Methildis* matris nostre, nobilium virorum *Adolphi Comitis de Schwalenbergh*, ac domini *Simonis de Lippia*, sigillis extitit roboratum. Et nos Comes de Schwalenberg et nobilis de Lippia predicti, a partibus hinc inde rogati, huic scripto sigilla nostra apposuimus in testimonium et memoriam predictorum. Datum *Paderborne* Anno domini Millesimo ducesimo nonagesimo octavo in die *Ipoliti* martyris.

* Das Siegel stellt einen Reuter dar, der in der Linken das Battenbergische oder Witzgensteinische Wappen hält, mit der Umschrift: Sigillum -- tonis de Grascaf.

CCII.

Landgr. Heinrich v. Hessen bezeugt, daß er u. seine Vorfahren dem Kloster St. Georges, vor Homberg, den Grund u. Boden seines Klosters geschenkt, worin es aber von dem Abbt Heinrich v. Hersf. beeinträchtigt werde.

d. 14. Sept. 1298.

(ex Orig.)

Coram vobis reverendis dominis Sancte Moguntine sedis iudicibus, Nos Heinricus dei gratia Lantgravius, terre Hasie dominus presentibus nostro sigillo sigillatis demonstramus, nos et nostros progenitores fundam ecclesie sancti Georii extra muros Hchenberg situm et molendina Conventui ibidem contulisse, que et a nobis et nostris jam dudum possedit ab antiqvo pacifice et quiete. Quamvis tamen dominus noster Heinricus Hersfeldensis ecclesie abbas dictum Conventum in hys conceperit molestare. Datum Cassele anno domini M. CC. nonagesimo nono. Die exaltationis sancte Crucis in testimonium predictorum.

CCIII.

Heinrich von Romrod trägt dem Landgr. Heinrich, dessen Marschall er ist, die Burg Herzberg zu Lehen auf.

1298.

(ex Orig.)

Ich Heinrich von Rumerode Marscalc des edilen Fürsten Landgraven Heinriches von Hessen vnd Mechthild myn elige Wirten, bikennen an dieseme gegenwertigen bribe allen den die nu sint und hernach kummen, di in horint lesen vnd sehent, das wir beide mit gesamtir Hant vnde mit guten willen samt hapht vnser erben vfgegeben han, eigentliche das Hus hirtberg, vnde den berc vnd das darzu gehorit vnser lieben Lantgreven Heinrich von Hessen deme vorgeanten, vnser lieben vrowen Mechtilde der Landgravennin siner elichen husfrowen, vnd iren zwein beidir erben, vnd das han von in widir in phangin zu rechtime lehene vnde das wir in gesworin han zu den heiligen, das das hus hirtberg, der berg, vnde das darzu gehorit, also davor geredit vnde geschriben ist, ir rechtliches eigen ist vnde sin sal, vnde ir offen hus vnde iren beiden Kindern beholfen mit ganzen vnd mit guden trauen, wider allen den di in leide wollen tun, vnde befwerin, gleicher wise, alse andir ir eigen hus, were aber das, das wir mit tode abegen, das Gott ni ht in wolle, so solen vnser Kint alle diese vorgeanten rede stete vn getwelicke halden vnde von unferme heren deme Lantgreven von hessen, vnd von vnser vrowen Mechtilde der Lantgravin den vorgeanten dise vorgeanten Lehin inphahen:

gienge ouch vnser here der Lantgreve mit tode abe, odir vnse vrowe die Lantgrevinnen, so sole wir, lebe wir, sin wir abir tot, so sulen vnser Kinder diese vorgebauten lehen imphahen von iren beiden Kindern, di si mit einander hant, vnd halten getruwliche alle die rede di hivor gescriben stat. Dirre rede allir geben ich heinrich Marscalc zu bekentnisse disen brif mit minem insigel vnd mines Swagers hern Wernheris von Westerbürg, di obir dirre rede was vorfigelt. An dirre rede was johan Ritesel, Gerlach von Griffede, Heinrich Zolnere vnd andirs manic bidir-birman. Dirre brif wart gegeben, du man zalten von Gotes Geburte, Dused jar, zweihundirt jar, in deme achte vnd nunzigsten jare.

CCIV.

Landgr. Heinrich legt wegen der dem Kloster Hasungen bei der Stadt Zierenberg in benannten Orten zustehenden Hufen Landes ein Zeugnis ab, u. vertauscht ihm einige Hufen in Hohenkirchen gegen andre in Ramershausen.

d. 25. Apr. 1298.

(ex Orig.)

In nomine domini Amen. Cum omnium memorari et nullius rei oblivisci, potius sit divinitatis quam humanitatis, necesse est ea in scripta redigi que memoriter nequeunt conservari. Hinc est quod nos *Heinricus* dei gratia *Lantgravius terre Hasfie dominus*, *Mechtildis Lantgravia*, nostra conthoralis, et nostri liberi, Tenore presentium protestamur et ad notitiam omnium tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod ecclesia in *Hasungen* habet et retinet in *Hildeboldisfen* XI. mansos, *Hedewigesfen* XIII. et in *Gerixen* VIII. prout eosdem mansos in dictis villis habuit ab antiquo, Ita tamen quod in antea non per alios, sed per opidanos et incolas *opidi Thirberg* iidem mansi omnes debent excoli, et eisdem locari, quibus mansi dicta ecclesia *Hasungen* frui debet pacifice et quiete, hiis redditibus quibus et nos ceteris mansis ibi fitis fecundamur. Eximentes etiam ipsam ecclesiam *Hasungen* ab onere *advocacie*, quam in hiis undecim mansis *Hildeboldisfen* habere dinoscebamur, *jure patronatus ecclesie in Hildeboldisfen* cum res sacre transeant cum universitate, nobis reservato, compromittimus etiam lucide, quod prenominata ecclesia *Hasungen* habere debet curiam unam liberam in ipso opido *Thirberch* et sex mansos inter mansos superius nominatos, illi curti deservientes, et de ipsa colendos, si domini abbatis et conventus in *Hasungen* federit voluntati. Damus etiam dicte ecclesie in *Hasungen* quatuor mansos in *Hohenkirchen*, in recompensam quatuor mansorum sitorum *Ramershufen*, et hiis eo censu gaudere, quo ceteris nostris mansis inibi *Hohenkirchen* gaudemus circum sitis. In cuius rei evidenciam, ne super hiis quis dubietatis scrupulus valeat suboriri, presens scriptum damus nos *Heinricus Lantgravius* et *Mechtildis* nostra conthoralis prenominati, cum liberi nostri sigillis careant nostrorum sigillorum munimine roboratum. Actum anno domini *Millesimo, ducentesimo, nonagesimo, octavo*, Septimo Kalendas Maji.

CCV.

Des Klosters Hasungen Recognition der vorhergehenden Uebereinkunft mit dem Landgr. Heinrich, wobei es zugleich auf alle Ansprüche an die Stadt Zierenberg Verzicht leister.

d. 25. Apr. 1298.

(ex Orig.)

Ad universonum tam presentium quam etiam futurorum notitiam Nos *Eckehardus* dei gratia *Abbas totusq. Conventus ecclesie in Hasungen* cupimus pervenire, Quod *illustribus principibus, domino nostro Heinricho, Lantgravio, terre Hasie domino, domine Mechtildi Lantgravie, sue conthorali et ejus pueris* damus pari consensu et unanimi, ac bona et libera nostra voluntate *ius patronatus ecclesie seu capellule in Hildeboldesfen* et tres mansos et dimidium attinentes, cum omnibus hujus et illorum pertinentiis, et quatuor mansos sitos *Ramershufen* locandos, possidendos et colendos perpetuo pro beneplacito ipsorum voluntatis. Abrenunciantes etiam pure et simpliciter huic donacioni et omni juri et juribus, que habere disnoscebamur vel habuimus in *opido Tyrberg*, capella ibidem et bonis omnibus adjacentibus, illi loco *Tyrberg* assignatis et deputatis, juxta conventionem et ordinationem inter nos pariter factum et literis super his conscriptis et sigillatis, hys omnibus ac singulis salvis permanentibus et perpetuo duraturis. In quorum permanentiam presens scriptum damus nostris sigillis roboratum. Actum anno Domini *Millesimo ducentesimo Nonagesimo octavo septimo Kalendas Maji*.

CCVI.

Werner v. Westerbürg sagt dem Gr. Gottfried v. Ziegenhain den von ihm lehnbaren Zehnten in Englis auf, mit der Bitte, ihn dem Kloster Haina zu übergeben.

d. 21. Febr. 1298.

Reverendo domino suo G. comiti *de Cygenhayn, Wernherus miles* dictus *de Westerbürg* sue fidelitatis obsequium semper promptum. Decimas nostras in terminis ville *Engelglys* sitas, quas de manibus vestris habuimus titulo feodali, vestre resignandas duximus pietati vobis attentissime supplicantes, quatinus ob honorem *Jhesu Christi*, ejusque pie genetricis *Marie* reverentiam, dictas decimas Domino . . . *Abbati et Conventui monasterii in Hegane, ordinis Cysterciensis*, conferatis jure proprietatis in perpetuum possidendas. Datum anno Domini *Millesimo, Ducentesimo, Nonagesimo, Octavo, Nono Klns. Marcii*.

CCVII.

Erzb. Wichbold v. Cöln sagt dem Landgr. Henrich, um sich seiner Hülfe gegen die Feinde des Erzstifts zu versichern, 600 Marck zu.

d. 4. Aug. 1299.

(ex libro cop.)

Nos *Wichboldus* dei gratia *sancte Coloniensis ecclesie Archiepiscopus, sacri Imperii per Ytaliam Archicancellarius* notum facimus univ^{er}sis has litteras visuris, quod nos attendentes utilia et obsequia magnifica *Illustris principis Henrici Lantgravii, terre Hassie domini nostri et Ecclesie Coloniensis ligii fidelis et vasalli*, que nobis et ecclesie Coloniensi predictae impendere promisit, et impendere poterit in futurum, ut eo commodius et fortius nobis servire et assistere contra nostros adversarios valeat, promissimus et promittimus eidem bona fide Sexcentas marcas dare et persolvere terminis infra scriptis videlicet in nativitate domini proxima affutura Trecentas et deinde in festo beate Walpurgis subsequente Trecentas, ad quorum solucionem nos eidem Lantgravio tenore presencium obligamus. Dantes sibi has litteras nostras nostro sigillo sigillatas in testimonium super eo. Datum apud *Halinberg* feria sexta ante festum beati Laurencii, anno domini MCC. nonagesimo nono.

CCVIII.

Philipp Hr. v. Falsch. will dem Gr. Engelbert v. Zieg. 8 Marck jährl. Einkünfte mit 100 Marck zu lösen geben.

d. 18. Sept. 1299.

(ex Orig.)

Nos *Philippus de Falkenstein* tenore presencium recognoscimus, notificantes univ^{er}sis tam presentibus quam futuris, quod quandocumq. Nobilis vir *Engelbertus Comes de Ciginhain* aut sui heredes Centum Marcas denariorum Coloniensium tribus hall. pro quolibet denario computatis, nobis aut nostris heredibus persolverit, tunc octo Marcarum redditus, pro eisdem Centum Marcis obligati, a nobis et a nostris heredibus sunt soluti, et addictum . . . Comitem *fororium nostrum* aut ad suos heredes libere revertentur, nostra aut heredum nostrorum contradictione qualibet procul mota. Dantes presentes litteras nostro sigillo stabilitas in testimonium premisorum. Anno domini *Millesimo CCXC. Nono XV kl. Octobris*. Coram hiis testibus. *Domino Bertoldo de Lybesperg Friderico et Dylone* fratribus *de Beldersheim* et *Lud. de Hufin* militibus. *Henrico* sculteto *de Minzinberg* et *Helwico* sculteto *de Nithe* et aliis fide dignis.

CCIX.

Conrads v. Borken Schreiben an den Abbt zu Hersfeld wegen dem Dorf
Blanckenheim, das er ihm ehemals gegen den Zehnten in Raboldshausen
eingegeben.

d. 9. Nov. 1299.

Venerabili domino suo Domino Abbati ecclesie Herffeldensis, Conradus famulus dictus
de Borken paratum ad queuis ipsius beneplacita famulatum, vestre reverentie signi-
fico per presentes, quod dominus meus reuerendus vester predecessor appropriavit Deci-
mam in Ropoldeshusen, ad preces meas domino Abbati et Conuentui in Herfwiedehusen
ordinis Cisterciensis in cuius Decime recompensam resignaui ad manus vestri predecessoris
villam dictam Blanckenhagen et recepi dictam Villam in feodo ab eodem Cum autem domi-
nus Abbas de Herfwiedehusen perdidit litteras super illa libertacione confectas, peto
studiose graciose dicto Conuentui dare dignemini vestras litteras super eo. hec volo per-
petuo promereri. Datum V. Idus Nouembris Anno domini M. CC. XC. nono.

Vidit L. Voelkel.

(L. S.)

pens.

CCX.

Hartrad Herr zu Merenberg, giebt mit Einwilligung seiner Mutter Gertraud,
Güther in Dorlar auf Zinsen aus.

d. 1. Dec. 1303.

Datum per copiam. Nos Hartradus dns de Merenberg notum facimus presencium lite-
rarum perceptoribus uniuersis, quod de consensu et voluntate due ac matris nostre
dne Gerdrudis concessimus et in hys scriptis concedimus Gotfrido dicto glune Mechtildi
uxori sue et cristine et Elizabeth filialibus suis bona nostra sita apud Dorlar et pratium
dictum berchlache habendo colenda et possidenda quoad vixerint pacifice iure hereditario
pro quinque sol. dn. usualium et bonorum nobis annis singulis in die beati Martini yema-
lis census nomine persoluendis, est etiam adjectum videlicet quandocunque predicti con-
juges et filie eorum predictae ab hoc seculo migrauerint, quod extunc dicta bona ad nos et
nostros heredes redibunt libera et soluta penitus heredum suorum contradictione qualibet
non obstante, in cuius rei testimonium et robur dedimus prefatis conjugibus et eorum filia-
ribus presentes litteras sigillo heynemanni scabini ciuis Wetlar, filii quondam Gerberti
fideliter sigillatas, dat. anno dni M. CCC. III. in crastino beati Andree apostoli.

CCXI.

Gottfrids von Hasfeld Lebensrevers an Landgr. Johann von Hessen.

d. 22. Febr. 1309.

(ex libro cop.)

Nos Godfridus miles dictus de Hasfeld presentibus profiteamur. Quod bona nostra libera scilicet Molendinum situm in *Synanneshus*. et curiam sitam in *Wolmere* prope *Kone*, de quibus quinq. marcas in redditibus sufficienter habemus annuatim. Illustri viro *domicello Johanni Lantgravio*, terre *Hasfie* domino et suis heredibus resignavimus, et ab ipso dicta bona jure percepimus et percipimus feudali. Volentes una cum nostris heredibus atq. liberis sive pueris sibi ratione *Omagii* esse asstrecti bonis pro eisdem. Datum anno domini M. CCCIX. Kathedra petri. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

CCXII.

Abbt Siffried v. Breitenau verspricht dem Landgr. Johann 300 Hufen Landes, zwischen der Fulde u. Schwarzbach, unter der Bedingung einzuräumen, daß er dahin eine Stadt baue,

d. 11. Aug. 1309.

Wir Syfrid von Gotis gnaden Abt vnd zumale der Convent des Klosters zu Brydenouwe bekennen vnd verjehin offinbarliche allen den die disin gegenwertigen Brif sehin vnd horin lesen, das wir dem Edelen Fürsten vnserem Hern Lantgreven Johanne des Landis Hern zu Hefin vnd sinen rechten erbin mit wolbedachtem mute vnbetwung vnd mit frierer willekor gegeben haben driehundert Huben Landis mit alleme nuzze, an (ohne) dem zehenden der darobir get, der sal vnser sin, derselben vorgeantant huben sulken sin zweihundert an veldacker, und hundirt an Holze, und die sulken wir yme bewisin zwischin den zweyen wazziren der Fulde vnd der Schwarzbach, vnd wider dirre gegend sol vnse vorgeantante Here der Lantgreve in desselben Bewiserm gutis gelegenheyt eyne stat Bouwin, in der sal das Kirchlein vnser sin, vnd sulken drinne haben eynen frien Hof zu alleme vnserm nuzze ane die wach alleyne, darzu sal der zyns der in derselben stat von Hovesketen gevallen maek Halph sin und siner erben, und Halph vnser und vnseres Klosters sin, darober sol das Gerichte un die Bete in derselben stat zuzürdir vnser vorgeantant Herrn vnd sinen erbin sin, darwider hat er vns gelazin den vorgeantant zehinden vber die driehundert huben, der sal vnser sin, vnd hat ouch uns gefrier zwene Höbe von allerhande beschwerde, eynen in dem dorff zu Gryffede und den andern in dem dorff zu Wolinderode, und wir sal er auch vns zu alleme vnserm gute das wir

von alterm gehabt haben und noch haben, fürdern vnd hymner gehindern, vnd zu eyner ewigen stetigkeit aller dieser dinge han wir vorgemelter abt und Convent vnser ingesigel an diesen brif gehangen, der ist gegeben nach Gotes geburt dreizehnhundert jar vnd in dem Hundten jahr vor Sanct turii * tagl.

CCXIII.

Des Nonnenklosters zu Dorlar Verpflichtung gegen Hartrad Hrn. zu Merenberg und dessen Mutter Lysa, wegen einer ihm verpfändeten Mark Silbers.

d. 13. Jul. 1309.

Nos Prior et magistra totusque conuentus monasterii beate virginis in Dorlar ordinis premonstratensis Treuerensis dioc. ad noticiam uniuersorum tenore presencium publice volumus peruenire, quod concordii animo parique voluntate marcam denariorum nobis seu nostro cenobio per honorabilem virum dominum hartradum de Merenberg nec non honestam matronam lysam loci ejusdem, ratione debitorum obligatam, quam quidem marcam Sifridus dictus rutzeler dare et presentare singulis annis tenetur, nunc vero ob communem vsum nostre cenobiique vtilitatem, per nos honesto viro Witkindo sacerdote de Buchseke datam et pro tempore vite sue venditam et assignatam, promittimus bona fide et sana mente promissimus a Wit. sacerdote predicto prorsus exonerare, nec non in manus dni har. lyse matrone predictoram seu heredum eorundem marcam prescriptam tradere liberam et absolutam, quandocunque facultas eliberandi seu redimendi duo har. ly memoratis vel heredibus eorundem suppetit et incumbit, vel dno har. ly. seu heredibus suis marcam vnam in recompensam in aliis redditibus equivalentibus et vtilibus per omnem modum assignare teneremur tam diu, quousque nobis et nostro cenobio marca obligata prescripta per obitum Wit. sacerdotis predicti ad dnm de Merenberg Ly. prefatos seu heredes eorundem libere reuertatur extunc eciam marca duo har. ly. vel heredibus ipforum in recompensam assignata ad nos et ad nostrum cenobium precise redibit et redire debet qualibet contradictione circumscripta, in robur et euidentiam premisorum presentem literam sigillo nostri conuentus dedimus communitam, dat. anno dni M. CCCIX. in die margarete virginis.

* Soll vermuthlich soviel als Tiburtii seyn (11. Aug.)

CCXIV.

Die Brüder Gottfried u. Crafftio von Hafffeld tragen dem Landgr. Otto v. H.
ihr Schloß Hafffeld zu Lehen auf, u. öfnen ihm daffelbe gegen alle Feinde,
nur Mainz ausgenommen,

d. 20. Sept. 1311.

(ex libro cop.)

Noverint cuncti hoc presens scriptum visuri, audituri seu lecturi. Quod nos *Godfridus* et *Crafftio de Hatzfelt*, fratres uterini, milites, provida et matura deliberacione prehabita nostrum Castrum jam dictum, quod proprietatis titulo ad nos spectare dinoscebatur donavimus et per presentes concordii et legitima donacione, que viget inter vivos donavimus *Illustri Principi*, domino nostro *Otoni*, terre *Hassie Lantgravio*, et suis hereditariis succesforibus, ipsumque ab eodem Domino recepimus Jure feodali per nos et nostros coheredes possidendam perpetuis temporibus et tenendum. Ad ampliorem quoque ratihacionem solidandam fide corporali et juramento prestitis nos inevitabiliter astringimus pollicendo, quod nullo unquam tempore prefato Lantgravio nec non ipsius heredibus ad antedicto Castro dampnorum incommoda in aliquo irrogentur. Ceterum liquide recognoscimus supra scriptorum juramenti et fidei firmitatis obtentu nos securius obligasse, quod sepefatis Domino Lantgravio et suis heredibus singulis temporibus oportunitis sepe notum Castrum contra quoslibet suos offensores, impeditores seu impedidores debeat esse patulum et apertum duntaxat exceptis Reverendo domino nostro qui pro tempore fuerit ac ipsius ecclesia *Moguntina*. Ne autem super premisis ambiguitatis scrupulus suboriri aut emergi aliquavalerit in futuro, nos prenominati fratres has literas nostris propriis et honorabilium virorum infra scriptorum videlicet Domini *Gerhardi* decani Ecclesie *Fritzlar*, *Craftonis de Graschaff*, *Eckehardi de Helfsinberg* et *Guntrami pincernis de Swainsberg*, socii mei *Godfridi* supradicti, militum, sigillis ad preces nostras eisdem appensis, validiore ipsorum roboris perpetui tradimus pro vigore. Datum anno dominice Incarnacionis *Mil. Tricentesimo Undecimo*. XII. kln. Octobr. Nos quoque supra nominati expressi ad prefatorum fratrum rogatus nostra sigilla duximus presentibus appendenda.

CCXV.

Landgr. Otto giebt seinem Bruder Bisch. Ludwig zu Münster, die Stadt Marburg, sein Theil an Wetter u. zu seinem Leibgeding ein.

d. 2. Oct. 1311.

(ex Orig.)

Wir Otte von Gottis gnadin Lantgraue vnd Herre Hessin Landes, vnd Alheit vnse eliche Husfrawe bekennen offinberliche allen den die disen geginwertigen Brif sehin oder horin lesen, daz wir mit gesämenter Hant, vnd mit gutim willin vnser rechtin erbin vnser Herrin vnd Bule Byschoue Ludewigen von Monster zu sine Libe Marburg, Burg vnd stad, vnd den Behinden zu Ebysdorf, mit allin den Behinden, die dazu gehorin, vnd von sand Stephane rurin von Meynke, vnd daz Teyl, daz wir an Wetter han, mit Dorfe, mit gericht, vnd mit Ludin, mit allem rechte an Woher, an Holke, an velde, an Akhre vnd an weyde, mit allen erin, vnd nugin, als es vnse Herre vnd vater Lantgraue Seynrich, dem got gnade zu Marburg vnd zu Wetter gehat hat, vnd vf uns bracht hat, gegeben vnd gelazin han, vnd vnbecludiz, auch warein fallu vnd swo es aber ytzunt becludiz were, da solde wir ez yme enerudin bynnen den nechsten Weynachten, di nu komen. Doch sal vnse vorgeante Herre vnd Bule, vnser sustir Agnesta von Nurnberg von dieser vorgeanten Herrschaft bewisen zu Irme Libe anderthalp hundert Mark geldes, dri Haller vor den Pfening zu rechne. Were auch daz vnse vorgeante sustir, e vnser Herre vnd Bule von Todis wegen abegynge, so solde daz selbe wider an yn gefallen. Were auch, daz vnser Herre vnd Bule, e sie, abegynge von Todis wegyn, so solde si dieselbe gulde zu irme Libe rumelich behaldin. Zu diser vorgeantin sullen wir ir bewisen zwanzig malder fornes gehin Malder Weynis, vnd gehin Malter Habirn jerslicher gelde. Wir han gelobt mit gutin trawin, vnd han ez auch zu den Heyligen gesworn, daz wir disse vorgeante Herrschaft verteydingen vnd beschirmen seln, als andere vnser Lant vnd gut vnd wir vnd vnse erbin sullen vnser vorgeanten Herrin vnd Bule, an disme vorgeschribin gude numer gehindern mit keynerley Last, vnd swo wir ader sie daz brechin, also daz erin Seynemanne von sele, Wernher von Westerburg, Werher von Gudenberg, Seynrichin von Radingen Ehard von Selsinberg, Ritter, vnd Ludwig von Rumerode zumale, oder besunder duchte, vnd sprechen, daz wir oder vnser erbin gebrochin hetten, den Bruch solden wir wider tun, nach der Besegnuge binnen zweyn manden, teden wir des nicht, oder vnse erbin, so weren wir ob wir iz lizen, oder si, ob si ez lizin truelos vnd meynediz, vnd vnse vorgeante Herre mochte danne mit Marburg Hus vnd stad tun swaz er wolde, ob er iz — uns oder in entfremdin wolde. Wir sullen auch vnser Brudirs Johannis dochter Elsebetin beraden, vnder zwey Duffint Marken, vnd Bobir funfzehnhundert Marken, dri Haller vor den pfennig zu zelne, vnd daz beretnisse vnd gift sul seyn in vnser vorgeanten Herrin wille, vnd durch gewisheit des Dinges so sul man die Burg Schaumburg mit so vil gulde, da man si mide wol bewachen, vnde behudden möge, antworten in eynis bidirbin Ritters — — Hand.

als lange, bis daz wir si beradin han, als hie vorodiz ist, daz selbe Hus sal da binnen uns uffin sin, zu vnser notin. Sturbe auch vnse vorgebant nyftele, e disime Veretnisse, so solte man uns daz vorgebant Hus an allirleye rede antwortin, wir han auch gelobt vnd gesworn, daz wir vnser swager Grebin Otten von Orlaminde, vnd Catherine siner elichen Husfrauen, vnser suster ir midgift, der noch hinterstellig ist, gebin sullen. Wir han auch gelobt vnd gesworn, daz wir in vnser vorgebant Herrin vnd Bulin schuld, die er zu Hessein gemacht hat, da sine Briue vnd Burgin vorsten, vnd die vnser Herre vnd vater Landgraue Heinrich vnd vnser Bruder Johan gelazin han, intredin suln, vnd geldin, da sie redelich vnde kuntlich ist. Vnde vnmme daz daz alles stede gehalten werde, so han wir gegeben vnserm vorgebantem Herren vnd Bulin disen Brif vor uns vnd vnse erbin besigelt mit vnser Ingesigeln. Der wart gegeben zu Marburg da man solte von gotis geburth Driyzenhundert jar in dem eylften jare an dem neyften sunnabende nach sand Michels Dage.

CCXVI.

Landgr. Otto freiet einige Hufen Landes in OberMeiſſer.

d. 25. Jan. 1312.

(ex copia.)

Nos Otto dei gratia Lantgravius terre Haslie Dominus, recognoscimus et tenore presentium publice profiteamur Joanni de Marshusen famulo castrensi in Libenaw, sueq. legitime et ipsorum veris heredibus duos mansos suos in campis ville Meisferde superioris sitos sub nostra jurisdictione, simul et Gerardi dicti Spigeles, domini in Desenbergk, ab omni onere exactionis, seu ab aliis iuribus quibuscunq. cum suis pertinentiis liberos dimississe, solutos, et dedisse perpetuis temporibus possidendos. Testes hujus rei facti sunt famosus vir Wernerus miles de Westerburgk, et Wernerus de Gudenbergk, Renhardus de Talwig et quam plurimi fide digni. In cuius rei evidentiam, nostro sigillo dedimus hanc chartam roboratam. Datum VIII. Kal. Febr. Anno Domini MCCCXII.

CCXVII.

